

Collectio Lavallensis

Sectio Theologica

JOANNES A SANCTO THOMA

CURSUS THEOLOGICUS

In Iam - II^æ

DE HABITIBUS

ARMAND MATHIEU ET HERVÉ GAGNÉ

UNIVERSITATIS LAVALLENSIS

EDITIONEM CURAVERUNT



A. S. 1957/0109

QUEBECI, A.D. MCMXLIX

SDM

524.4

AD LECTORES BENEVOLOS

Nihil obstat:

ERNEST LEMIEUX, ptre.

Censor deputatus.

Die 8a Aprilis, 1949.

Imprimi potest:

FERDINAND VANDRY, P.A., V.G.

Rector M. Universitatis Lavallensis.

Die 9a Aprilis, 1949.

Imprimatur:

G.-S. GRANDBOIS, P.A., V.G.

Die 9a Aprilis, 1949.

Ordinaturus Divus Thomas scientificum theologiæ processum, illud perpetuo observavit ut a communioribus ad minus communia, et a notioribus ad minus nota procederet. Ita in secunda parte *Summæ Theologicæ*, primo considerantur actus humani in communi, quoad ea quæ ad eorum moralitatem concurrunt et requiruntur: et hoc in tota *Prima Secundæ*. Deinde, agitur de illis in speciali, secundum diversas virtutes ad quas pertinent, vel vitia a quibus procedunt: et hoc in *Secunda Secundæ*.

Actus morales in communi considerantur in *Prima Secundæ* quantum ad duo. Primo, quantum ad ipsos actus in se, eorumque moralitatem. Secundo, quoad principia a quibus formantur, diriguntur, vel procedunt. Quædam autem principia sunt elicientia ipsos actus, quædam exterius moventia. Et quidem principia elicientia, vel sunt potentiæ animæ, vel habitus superadditi.

Sanctus Doctor ad tractandum de habitibus procedit more solito a communibus ad minus communia: et ita prius tractat de habitibus in communi, deinde de habitibus virtuosus et vitiosis in speciali. Ista methodus necessitatem et momentum tractatus de habitibus maxime patefacit.

Joannes noster, more suo, i. e. ad modum disputationis, optime exponit doctrinam Divi Thomæ circa habitus in communi. Intentio nostra non est laudare Commentatorem. Auctoritas et præstantia textus sibi sufficiunt.

* * *

Textum Joannis nostri ex editione Vivès¹ hausimus, et illam solam in promptu habere potuimus. Sed plurimis

¹ Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 49-54, disp. 13, VI (Vivès), p. 235-370.

defectibus editio ista scatet, sive in ipso textu, sive quoad fontes ab Auctore allati.

Hanc nostram editionem parando, non fuit nobis in animo opus criticum conficere, sed præbere textum emendatum, lectu jucundum, qui præsertim studentium comodo consuleret.

Quem in finem, fontes diligenter restituimus et indicavimus, necnon de textibus Divi Thomæ specialiter curavimus.

Præterea, quia divisio distinguit et distribuit partes, et sic aufert confusionem totius, frequenter textum divisimus. Numerationem editionis Vivès non quidem omisimus, sed novam numerationem marginalem addidimus.

Quo magis ad studium prosit editio nostra, plures indices apponuntur, scilicet, schematicus, biblicus, onomasticus et analyticus. Isti omnes indices novam numerationem servant.

* * *

Faxit Deus ut istud opus ad augmentum virtutis et ad aliquam veritatis diffusionem proficiat.

EDITORES

INDEX SCHEMATICUS

IN PRIMAM SECUNDÆ DE HABITIBUS

SUMMA LITTERÆ

D. THOMÆ

QUÆSTIO XLIX: De habitibus in generali quoad eorum substantiam.	1-30
QUÆSTIO L: De subjecto habituum.	31-47
QUÆSTIO LI: De causa habituum quantum ad generationem ipsorum.	48-59
QUÆSTIO LII: De augmento habituum.	60-68
QUÆSTIO LIII: De corruptione et diminutione habituum.	69-76
QUÆSTIO LIV: De distinctione habituum.	77-83

DISPUTATIO DECIMA TERTIA

DE HABITIBUS IN COMMUNI

ARTICULUS PRIMUS

EXPLICATUR RATIO ET NATURA HABITUS

PRÆNOTANDA

Circa multiplicem acceptionem habitus.	84-92
Quæstio erit de habitibus qui ad prædicamentum qualitatis spectant.	93-96

VI INDEX SCHEMATICUS

RATIO HABITUS EST PENES CONVENIENTIAM VEL DIS- CONVENIENTIAM AD SUBJECTUM PRIMO ET PER SE	97-202
PRÆSUPPOSITUM: apud omnes constat habitum esse qualitatem permanentem.....	97-101
PUNCTUS DIFFICULTATIS: in quo consistat munus dispositionis <i>generice sumptæ</i>	102-114
STABILITUR VERITAS: primo et per se ratio habitus sumitur per convenientiam ad naturam.....	115-165
Defenditur sententia Philosophi et D. Thomæ.....	118-140
Explicatur quid sibi vult in dispositione et habitu convenien- tiam aut disconvenientiam importare ad naturam.....	141-165
COROLLARIA	166-185
Quomodo secundario habitus se habet ad operationem.....	167-168
Circa distinctionem inter potentiam et habitum.....	169-185
Arguitur contra sententiam Suarez.....	173-177
Legitimam differentiam exponit.....	178-185
SOLVUNTUR ARGUMENTA	186-202

ARTICULUS II

DE SUBJECTO HABITUUM

PRÆNOTAMINA	203-222
CONDITIO UT SUBJECTUM SIT CAPAX HABITUS	203-205
QUÆ IN GENERE NON SUNT CAPACIA HABITUS	206-222
IN IPSO CORPORE ET IN MEMBRIS EXTERNIS NON DATUR HABITUS OPERATIVUS	223-228
OBJICITUR	225
Respondetur.....	226-228
UTRUM POSSIT ESSE HABITUS IN POTENTIIS SENSITIVIS	229-274
IN APPREHENSIVIS POTENTIIS	233-260
distinguuntur habitus qui sunt virtutes et qui non sunt vir- tutes.....	233-238
utrum in brutis possint veri habitus reperiri.....	239-260
IN RELIQUIS POTENTIIS SENSITIVIS	261-274
in potentiis appetitivis.....	262-267
in sensibus exterioribus.....	268-274

INDEX SCHEMATICUS VII

NON SOLUM POTENTIÆ OPERATIVÆ, SED ETIAM SUB- STANTIA EST CAPAX HABITUS	275-281
EST DOCTRINA ARISTOTELIS	277-278
RATIO ID PERSUADET	279-281
POTENTIÆ RATIONALES, INTELLECTUS ET VOLUNTAS, SUNT CAPACES HABITUS	282-290
QUOAD HABITUS ACQUISITOS	284-286
QUOAD HABITUS INFUSOS	287-290
QUOMODO IN ANGELIS SINT PONENDI VEL NEGANDI HABITUS	291-351
IN QUO CONVENIUNT ET DISSIDENT AUCTORES	293-301
SENTENTIA D. THOMÆ STABILITUR	302-319
declaratur ejus fundamentum.....	306-319
SOLVUNTUR DIFFICULTATES	320-351
circa cognitionem conjecturalem et opinativam in angelis... ..	320-323
circa fidem ordinis naturalis.....	324-326
non obstat quominus in nobis detur habitus respectu primo- rum principiorum.....	327-331
circa habitus virtutum moralium in angelis.....	332-351

ARTICULUS III

*ESSE DIFFICILE MOBILE EST DIFFERENTIA ESSENTIALIS
HABITUS RESPECTU DISPOSITIONIS*

PRÆNOTAMINA	352-357
VARIÆ SENTENTIÆ	353-355
SENTENTIA D. THOMÆ DECLARATUR	356-357
COROLLARIA	358-378
PRIMUM COROLLARIUM: D. Thomas loquitur de habitu et dis- positione prout important qualitatem per modum actus primi.....	358
SECUNDUM COROLLARIUM: difficile mobile dupliciter sumi potest.....	359-368
Exempla adducuntur.....	363-368

TERTIUM COROLLARIUM: difficile mobile non distinguit habitum a reliquis speciebus qualitatis, sed a dispositione.....	369-373
QUARTUM COROLLARIUM: quid sit difficile esse mobilem qualitatem ex natura sua.....	374-378
SOLVUNTUR DIFFICULTATES	379-401
PRIMA DIFFICULTAS: ex visione beata desumpta.....	379
Respondetur.....	382-385
SECUNDA DIFFICULTAS: quædam sunt difficile mobilia, et non sunt habitus.....	380
Respondetur.....	386-387
TERTIA DIFFICULTAS: utrum firmitas ex objecto requiratur in omnibus habitibus qui vere et simpliciter habitus sunt.....	381
Respondetur.....	388-401

ARTICULUS IV

UTRUM HABITUS OPERATIVI INFLUANT IN SUBSTANTIAM ACTUS, AN SOLUM IN MODUM

PRÆNOTAMINA	402-407
NON AGITUR NISI DE HABITU OPERATIVO	402
IN QUIBUS SIT DIFFICULTAS	403-407
An habitus operativi influant effective.....	404
Circa modum influendi, an in ipsam substantiam actus, an solum in modum.....	405-407
HABITUS ACQUISITI INFLUUNT EFFECTIVE CUM POTENTIA IN OPERATIONEM	408-440
TRES DANTUR SENTENTIÆ	408-419
SENTENTIA D. THOMÆ STABILITUR	420-440
Auctoritates afferuntur.....	422-426
Fundamentum declaratur.....	427-429
Confirmatur totum hoc.....	430-440

HABITUS INFLUUNT IN TOTAM ENTITATEM ACTUS SUB MODO ADJUVANDI ET DETERMINANDI POTENTIAM ..	441-548
PRÆSUPPOSITA	441-457
Statuitur quæstio.....	441-447
Non de habitibus infusis.....	442-443
Sed de habitibus acquisitis.....	444-447
Variæ sententiæ.....	448-457
STABILITUR VERITAS	458-489
Ex variis locis D. Thomæ.....	459-472
Fundamentum declaratur.....	473-489
Ratione quasi a priori.....	474-476
Confirmatur.....	477-479
Exemplis manifestatur.....	480-489
SOLVUNTUR ARGUMENTA	490-548
Primo arguitur: Potentia nuda, scilicet sine habitu, sufficit ad substantiam actus.....	490-493
Respondetur.....	494-506
Secundo arguitur: Ex sufficientia potentiæ ad influendum active, non solum inchoative, in operationem.....	507-517
Respondetur.....	518-528
Tertio arguitur: Habitus non influeret in rationem perfectiorem, sed in id tantum quod æquatur potentiæ.....	529-536
Respondetur intensionem actus producendi non nasci ex sola potentia.....	537-548

ARTICULUS V

DE AUGMENTO EXTENSIVO HABITUUM

PRÆNOTAMINA	549-553
Quid sit extensio et intensio.....	549-551
Quid sit tractandum de his modis augmenti extensionis et intensionis.....	552-553
DATUR AUGMENTUM IN HABITIBUS	554-565
DATUR AUGMENTUM	555-560
In habitibus infusis.....	557-558
In habitibus acquisitis.....	559-560
DATUR AUGMENTUM EXTENSIVUM ET INTENSIVUM	561-565

AUGMENTUM EXTENSIVUM EST INTRINSECUM, NON ADDITIONE QUALITATIS, SED MODI	566-631
VARIETAS OPINIONUM	567-578
Utrum augmentum extensivum sit intrinsecum.....	568-570
Circa modum quo habitus dicatur extensive augeri.....	571-578
STABILITUR VERITAS	579-631
Deducitur ex D. Thomæ.....	581-589
Quomodo requiratur ut qualitas extensive augenda in se intrinsece recipiat aliquam immutationem seu perfectionem.....	590-593
Tale augmentum non fit per diversas qualitates advenientes, sed per diversos modos ejusdem qualitatis.....	594-631
Probatur a priori.....	595-606
Probatur a posteriori.....	607-631
HABITUS SUPERNATURALES ET VIRTUTES MORALES NON AUGENTUR EXTENSIVE EXTENSIONE INTRINSECA ...	632-729
QUÆSTIO NON EST DE HABITIBUS INTELLECTIVIS PROBATIVIS: augentur extensive et intensive.....	633-645
DIFFICULTAS EST DE HABITIBUS MORALIBUS ET SUPERNATURALIBUS ET DE HABITU PRINCIPIORUM	646-729
Varietas opinionum.....	647-648
Sententia D. Thomæ.....	649-675
Declaratur.....	650-654
Stabilitur.....	655-675
Solvuntur difficultates.....	676-729
Virtutes morales et infusæ indigerent nova extensione intrinseca erga diversa objecta.....	676-681
Respondetur.....	686-717
Arguitur ex paritate scientiarum cum virtutibus acquisitis.....	682-685
Respondetur.....	718-719
<i>Corollarium:</i> Utrum prudentia augeatur extensive.....	720-729

ARTICULUS VI

DE AUGMENTO INTENSIVO HABITUUM

PRÆNOTAMINA	730-732
QUID SIT AUGMENTUM INTENSIVUM ET EXTENSIVUM	730
PUNCTUS DIFFICULTATIS: quomodo fit augmentum intensivum..	731-732

SENTENTIÆ ET EXPLICATIONES DIVERSÆ	733-848
TRES SUNT PRÆCIPUÆ SENTENTIÆ CIRCA INTENSIONEM FORMARUM	733-738
Prima sententia, quæ est Durandi, definitur.....	735
Secunda sententia, quæ est Scoti, definitur.....	736
Tertia sententia, quæ est D. Thomæ, definitur.....	737-738
PRIMA SENTENTIA REJICITUR	739-745
SECUNDA SENTENTIA PATITUR DIFFICULTATES	746-770
Hæc sententia patitur easdem difficultates in augmento intensivo et extensivo.....	746-752
Quomodo in particulari sententia hæc admitti nequit ad explicandum augmentum intensivum.....	753-770
EXPLICATUR ET STABILITUR TERTIA SENTENTIA QUÆ EST D. THOMÆ	771-848
Tres sunt explicationes, quæ omnes claudicant.....	772-777
Non admittitur prima explicatio.....	778-782
Non admittitur secunda explicatio.....	783-786
Non admittitur tertia explicatio.....	787-799
Statuitur legitimus modus explicandi mentem D. Thomæ..	800-848

ARTICULUS VII

DIFFICULTATES CIRCA UTRUMQUE AUGMENTUM

PRIMA DIFFICULTAS: Utrumque augmentum exigeret novam qualitatem, et non solum novum modum.	850-853
Confirmatur difficultas: circa augmentum intensivum.....	854-858
RESPONDETUR AD PRINCIPALE ARGUMENTUM	859-871
Respondetur ad confirmationem.....	872-879
SECUNDA DIFFICULTAS: Utrumque augmentum non fieret per novum modum formæ, sed per additionem entitativam formæ.....	880-885
Confirmatur difficultas: novum modum formæ non esset sufficiens ad expellendum entitatem contrariæ qualitatis.....	886-888
RESPONDETUR AD PRINCIPALE ARGUMENTUM	889-906
Respondetur ad confirmationem.....	907

TERTIA DIFFICULTAS: Plures conditiones repertæ in intensione videntur postulare non solum diversum modum, sed etiam diversam entitatem in qualitate intensa.....	908-911
Confirmatur difficultas: Qualitas non posset intendi mediante novo modo unionis.....	912-914
RESPONDETUR AD PRINCIPALE ARGUMENTUM.....	915-928
Respondetur ad confirmationem.....	929-931
ULTIMA DIFFICULTAS: Quia forma est entitative indivisibilis, si semel producat, non videtur posse amplius intendi nisi per additionem novæ formæ.....	932-937
Confirmatur primo: Ex opposita sententiâ sequeretur nunquam produci per alterationem realitatem qualitatis, sed solum modos unionis.....	938-939
Confirmatur secundo: Secundum mentem D. Thomæ, forma non posset augeri nisi superaddendo aliquam entitatem vel prædicatum essentiale.....	940-941
RESPONDETUR AD PRINCIPALE ARGUMENTUM.....	942-954
Respondetur ad primam confirmationem.....	955-958
Respondetur ad secundam confirmationem.....	959-970

ARTICULUS VIII

DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE HABITUUM

UTRUM OMNES HABITUS GENERENTUR PER PLURES ACTUS, AN POSSIT UNICO ACTU GENERARI HABITUS..	972-1047
PRÆNOTAMINA: circa distinctionem inter habitum quoad substantiam et quoad modum.....	972-976
NON ACQUIRITUR REGULARITER HABITUS QUANTUM AD MODUM NISI PLURIBUS ACTIBUS.....	977-982
Ratio declaratur.....	979-982

QUÆSTIO EST DE GENERATIONE HABITUS QUANTUM AD SUBSTANTIAM.....	983-1010
Varietas sententiarum.....	984-987
Stabilitur sententia D. Thomæ.....	988-1010
SOLVUNTUR ARGUMENTA CONTRA LEGITIMAM INTELLIGENTIAM D. THOMÆ.....	1011-1047
Primo arguitur: Sententia hæc D. Thomæ esset contra seipsum et contra Aristotelem.....	1012-1014
Respondetur.....	1023-1029
Secundo arguitur: Sive loquatur de habitu quoad substantiam, sive quoad modum, differentiæ assignatæ a D. Thoma defendi nequeunt.....	1015-1017
Respondetur.....	1030-1033
Tertio arguitur: Habitus virtutis et habitus opinionis quoad substantiam etiam unico actu generari possent.....	1018-1022
Respondetur.....	1034-1047
QUANDO MULTIPLICATIS ACTIBUS GENERATUR HABITUS, QUID PRODUCANT SINGULI ACTUS.....	1048-1113
PUNCTUS DIFFICULTATIS DECLARATUR.....	1048-1051
VARIETAS SENTENTIARUM.....	1052-1063
Utrum revera quolibet actu producat aliquid habitus.....	1053-1060
Vasquez et Suarez affirmant.....	1053-1056
Sententia D. Thomæ.....	1057-1060
Quid sit illa dispositio quam priores actus ponunt.....	1061-1063
STABILITUR ET DECLARATUR SENTENTIA D. THOMÆ.....	1064-1086
SOLVUNTUR ARGUMENTA.....	1087-1113
Primo arguitur: in favorem sententiæ Medinae (n. 1062)....	1088
Respondetur.....	1098-1101
Secundo arguitur: in favorem sententiæ Suarez et Vasquez..	1089-1092
Respondetur.....	1102-1109
Tertio arguitur: non videtur dari distinctio specifica inter virtutem et dispositionem ad virtutem....	1093-1097
Respondetur.....	1110-1113
UTRUM IN NOBIS DETUR ALIQUIS HABITUS CONGENITUS A NATURA.....	1114-1116

UTRUM SINT ALIQUI HABITUS INFUSI A DEO IN NOBIS...	1117-1119
DE CORRUPTIONE ET DIMINUTIONE HABITUUM.....	1120-1194
SUMMA RESPONSIONIS.....	1120-1122
QUOMODO PER SE CORRUMPITUR HABITUS, I.E. PER SUUM CON- TRARIUM, QUOD EST HABITUS.....	1123-1140
Prænotanda.....	1123
Quomodo unus actus non tollit habitum acquisitum, et tollat habitum infusum.....	1124-1133
Solvitur difficultas: si actus compatitur cum habitu opposito, pari ratione videtur unum habitum esse posse cum habitu opposito.....	1134-1140
QUOMODO PER ACCIDENS CORRUMPITUR HABITUS.....	1141-1192
Ex defectu subjecti.....	1145-1161
Ex defectu causæ conservantis.....	1162-1163
Ex defectu exercitii.....	1164-1192
Solvitur difficultas: videtur habitum per se destrui per cessationem actus.....	1168-1192
Corollarium: circa diminutionem habituum.....	1193-1194

INDEX SIGLORUM

DTC	<i>Dictionnaire de théologie catholique.</i>
Msi	Mansi, Joan. Dominici, <i>Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio.</i>
PL	Migne, J. P., <i>Patrologiæ cursus completus, series latina.</i>
RF	<i>Corpus Juris Canonici.</i> Editio Ae. Richter et Ae. Friedberg, 2 vol., Lipsiæ, 1881.

JOANNES A SANCTO THOMA
CURSUS THEOLOGICUS

In I^{am} – II^æ

DE HABITIBUS

PROOEMIA

I

DE PRINCIPIIS ACTUUM HUMANORUM

- 1 Ab hac quæstione incipit D.Thomas tractatum de principiis humanorum actuum.
 - 2 Post considerationem enim humanorum actuum, tam ex parte voluntatis quam ex parte passionum, quæ aliquid libertatis participant, restat agere de principiis a quibus procedunt, quæ sunt partim **intrinseca**, partim **extrinseca**.
- ⊙
- 3 Dicuntur **intrinseca** principia, non quia essentialia aut solum quia in nobis inhærentia, sed quia in suis operationibus et motibus deserviunt et subordinantur principio extrinseco moventi, vel solum intrinseco operanti; verbi gratia, anima est intrinsecum movens in homine, cui dantur potentiæ tanquam facultates seu instrumenta quibus operetur, et ulterius habitus tanquam complementa et modificationes seu determinationes harum facultatum.

4 Et ideo sive per acquisitionem generentur per proprios actus, sive a Deo infundantur, semper ad hunc finem dantur ut deserviant ipsi potentiæ tamquam complementum ejus et ei subordinati, et in linea moventis intrinseci ponuntur, quia potentia cum habitu sive acquisito sive infuso unum movens est, et unum operativum completum et perfectum.

⊙

5 At vero **extrinsecum** movens dicitur quod sine dependentia et subordinatione ad animam movet ipsam sive moraliter, ut suadendo et dirigendo, sive physice, adjuvando et influendo.

6 Et licet per illam motionem aliquid imprimat in anima quod sit illi intrinsecum, id est, illi inhærens, tamen in movendo et operando semper agit ex ordine et habitudine ad extrinsecum a quo impressum est, et non totaliter ex ordine et subordinatione ad principium intrinsecum, quod ipsa anima est: sicut potentiæ, et habitus etiam infusi quia sic infunduntur ut in operando ei subordinentur in quantum habitus ejus sunt, licet in quantum gratia seu gratuito dati et impressi etiam ad extrinsecum principium a quo derivantur pertineant.

7 Et sic non est inconveniens quod sub diversis formalitatibus et considerationibus idem ad diversa principia intrinseca et extrinseca pertineat, sicut gratia habitualis, et virtutes infusæ quæ illam sequuntur, in quantum gratuito data et impressa a Deo sequuntur motionem principii extrinseci, in quantum habitus completivi potentiæ subordinantur principio intrinseco, sicut virtutes.

* * *

8 Quapropter de principiis actuum humanorum acturus, D. Thomas prius tractat de principiis intrinsecis, deinde de extrinsecis.

★ ★

9 De **extrinsecis**, quæ sunt lex et gratia, tractabitur a quæstione 90 usque ad finem.

★ ★

10 De **intrinsecis**, distinguit, quia vel sunt potentiæ, vel habitus.

⊙

11 Potentia sunt intellectus et voluntas, et quæ ab his moventur, ut vires sensitivæ, de quibus omnibus actum est in Prima Parte¹, agendo de anima et ejus potentiis.

⊙

12 Et ita solum restat in præsentī agere de habitibus, a quibus omnes actus humani dependent.

13 Ad hoc autem necesse est prius agere de habitibus in communi: *tum* quoad eorum substantiam et speciem; *tum* quoad eorum subjectum; *tum* quoad generationem, corruptionem et augmentum; *tum* quoad distinctionem.

¹ Cf. Iam, q. 77-83.

II

SUMMA LITTERÆ
 DIVI THOMÆ
 IN
 QUÆSTIONIBUS DE HABITIBUS

QUÆSTIO XLIX

DE HABITIBUS IN GENERALI QUOAD EORUM
 SUBSTANTIAM

- 14 In hac quæstione 49, agit de ipsa substantia seu quidditate habitus.
- 15 **Et in articulo primo**, incipit a prædicato generico, et ostendit quod habitus est qualitas, quia habitus dicitur ab habendo. Habere autem dicitur dupliciter, *aut* secundum quod est idem quod possidere et tenere, *aut* secundum quod est idem quod aliquis modus se disponendi ad aliquid, sicut dicimus bene se habere sanum, et male se habere ægrotum, et quod ad tale vel tale munus vel actionem sic vel sic nos habemus, ita quod ipsum habere sit sicutabilitas quædam.
- 16 *Primus modus* habendi non est qualitas, sed aut prædicamentum habitus, aut postprædicamentum habere, nec de illo loquimur in præsentia.
- 17 *Secundo modo*, est qualitas, quia est disponens, vel habilitans ad aliquid. Et sic loquimur in præsentia de habitu, qui definitur quod est qualitas difficile

mobilis, vel quod est dispositio secundum quam bene vel male disponitur¹.

★ ★

- 18 **In articulo secundo**, ostendit habitum (de quo in præsentia loquimur) esse speciem determinatam prædicamenti qualitatis, quia in habitu attenditur specialior modus qualificandi subjectum quam in aliis speciebus qualitatis. Etenim qualificatio fit in subjecto secundum determinationem alicujus mensuræ. Sic enim ea quæ prædicantur in quale determinant et actuant potentialitatem aliquam, differentia quidem essentialis ipsam potentialitatem generis, differentia vero accidentales potentialitatem subjecti.
- 19 Modus ergo seu determinatio ista tripliciter accipi potest, scilicet *vel* in ordine ad ipsam naturam, *vel* in ordine ad actionem et passionem, quæ consequuntur principia naturæ, *vel* in ordine ad quantitatem.
- 20 Si in ordine ad quantitatem, est figura aut forma.
- 21 Si in ordine ad actionem vel passionem, *aut* est per modum principii per se illius, et sic est potentia vel impotentia, *aut* per modum termini alterationis et motus, et sic est tertia species.
- 22 Si in ordine ad naturam, attenditur convenientia vel disconvenientia illius quod est bene vel male se habere ad illam, et sic est habitus vel dispositio.
- 23 Est ergo determinata et distincta species qualitatis habitus, quia diverso modo ab aliis qualificat.

¹ Cf. Aristot., *Metaph.*, V, 20 (1022 b10).

* *

24 **In articulo tertio**, ostendit habitum dicere ordinem ad actum qui est forma, sive ad actum qui est operatio. Nam habitus est qualitas importans habitudinem ad naturam rei secundum quod ei convenit, vel disconvenit. Natura vero licet in se sit finis generationis, ordinatur tamen ad ulteriorem finem, qui est operatio per potentias suas.

25 Sic ergo illa dispositio, vel habitus, qui convenienter disponit ipsam naturam in se, primo importat ordinem ad naturam seu ad formam, et consequenter ad operationem ad quam ordinatur natura.

26 Habitus vero qui disponit et existit in ipsa potentia principaliter importat ordinem ad operationem, quia subjectum ejus, id est, potentia, principaliter ex sua natura ad operationem ordinatur.

* *

27 **In articulo quarto**, ostendit quibus vel ad quæ fit necessarius habitus. Et docet quod cum habitus sint dispositiones in ordine ad naturam rei secundum quod bene vel male disponitur, oportet quod tales habitus sint necessarii illis entibus quæ indigent bene disponi et commensurari ad finem aliquem, et possunt diversis modis commensurari ut ita per habitus determinentur.

28 Et ita requiritur *in primis* quod subjectum non sit purus actus, sed sit in potentia ad id quod disponitur, quia si non est in potentia sed jam habet dispositionem, non indiget disponi ad ipsum.

29 *Secundo*, quod non sit omnino determinatum ad illud (sic enim jam esset recte erga illud dispositum), sed quod possit pluribus modis determinari bene vel male.

30 *Tertio*, quod non simplici modo determinatur ad aliquod, sicut qualitates elementorum, sed sub diversa commensuratione et habitudine, sicut sanitas, pulchritudo, habitus scientiarum aut virtutum, quæ plura commensurant.

QUÆSTIO L

DE SUBJECTO HABITUUM

31 Subjectum habituum potest esse corpus, anima, potentiæ, ut intellectus et voluntas; et personæ recipientes habitum possunt esse homines, vel angeli. Et sic circa omnia ista discurrit, ostendendo quodnam sit subjectum habitus.

* *

32 **In articulo primo**, ostendit corpus esse capax habituum seu dispositionum, sicut sanitas vel infirmitas, aut pulchritudo in corpore sunt, illudque disponunt.

33 Et ratio est, quia in corpore inveniuntur tria.—*Primum*, est conveniens dispositio ad tenendam et conservandam formam seu vitam.—*Secundum*, est conveniens dispositio ad deserviendum operationibus animæ, quæ per corpus exercentur cum aliqua indeterminatione ad bene vel male.—*Tertium*, est habitudo ad operationes naturales, quæ naturaliter exercentur per corpus, et non ab anima moyente et dirigente.

34 Quantum ad hoc *tertium*, non ponuntur habitus in corpore, quia est totaliter determinatum ad illas operationes;—quantum ad *secundum*, ponuntur habitus operativi in appetitu sensitivo, ut virtutes moderantes passiones ad obediendum rationi;—quantum ad *primum*, ponuntur dispositiones habituales in corpore ut sit debite vel indebite commensuratum, ut sanitas et ægrotudo, etc.

★ ★

35 **In articulo secundo**, ostendit quomodo in ipsa anima nostra possit esse habitus. Et dicit quod anima potest considerari dupliciter, *et* secundum quod est forma et principium constituendi naturam, *et* secundum quod est principium operationum.

36 *Primo modo*, non est capax habitus per ordinem ad ea quæ naturæ sunt, scilicet ad informandum corpus et constituendum naturam, quia forma substantialis non determinatur accidente ad informandum corpus, sed suapte natura substantiali est forma completiva corporis. Est tamen capax habitus elevantis essentiam animæ ad supernaturalem ordinem, scilicet gratiæ, quia fit divinæ consors naturæ¹.

37 *Secundo modo*, anima est capax habituum quibus disponitur ad operandum, non immediate per se, sed per suas potentias per quas operativa est.

★ ★

38 **In articulo tertio**, ostendit potentias sensitivas esse capaces habituum, non secundum quod operantur

¹ Cf. II *Pet.* 1, 4.

ex instinctu naturæ, sed prout operantur ex imperio rationis ejusque ductum sequuntur: sic enim indigent disponi et determinari ad obediendum rationi vel disconvenienter ad ipsam se habendi.

39 Et sic in appetitu sensitivo sunt virtutes moderantes passiones, aut contraria vitia.

★ ★

40 **In articulo quarto**, ostendit in intellectu esse habitus, sicut scientia, et ars, et prudentia.

41 Et hoc ideo quia intellectus possibilis, qui est intellectivus, est potentia indifferenter se habens ad multa; ergo est capax principiorum disponentium et determinantium ad unum, isti autem sunt habitus. Intellectus ergo est capax eorum.

★ ★

42 **In articulo quinto**, ostendit voluntatem esse subjectum habituum ex eodem principio, quia est potentia indifferens et ad multa se habens, unde est capax ut diversimode disponatur et ordinetur ad determinate agendum, et cum convenientia vel disconvenientia ad finem (qui est proprius voluntati), et consequenter secundum rationem bene vel male se habendi, quod maxime pertinet ad habitum, et præcipue cum habitus sit quo quis utitur cum voluerit, et ex hoc dicit ordinem ad voluntatem.

★ ★

43 **In articulo sexto**, ostendit etiam in angelis reperiri habitus, quia invenitur in eis eorumque intellectu

potentia ad multa et indigentia determinationis: quod utique fit per aliquam dispositionem, quam vocamus habitum.

- 44 Est tamen differentia inter habitus illorum et nostros (in ordine naturali), sicut non est potentia unius rationis in eis et in nobis.
- 45 Habitus enim in angelis sunt similes speciebus simplicibus et immaterialibus, quia ipsi discursu non utuntur, sed simplici intuitione rerum. Et adhuc istis speciebus superadditis non indigent ad omnia intelligibilia, quia ad cognoscendum seipsos et alia secundum modum suum non indigent specie neque habitu superaddito, bene tamen ad cognoscendum alia.
- 46 In nobis autem propter majorem potentialitatem (quia utimur discursu) major necessitas est ponendi habitus, non solum ex parte specierum, sed ex parte luminis et virtutis intelligendi, quæ debilior et minus determinata et roborata est.
- 47 Quomodo vero in angelis sint habitus, et an sint solæ species intelligibiles, in disputatione disquiretur.

QUÆSTIO LI

DE CAUSA HABITUM QUANTUUM AD SUI GENERATIONEM

- 48 Habitus possunt intelligi causari, *vel* a natura si sint insiti, *vel* ex consuetudine si sint acquisiti, *vel* a Deo si sint infusi. De singulis inquit.

★ ★

- 49 **In articulo primo**, ostendit quomodo habitus aliqui possint esse a natura, distinguens de naturali dupliciter, *vel* quod totaliter et consummative est a natura, *vel* quod inchoative est a natura, consummative autem ab exteriori principio.
- 50 Dicit ergo quod habitus qui se habent ut dispositio subjecti ad formam possunt totaliter esse a natura, sicut qui a natura habent sanitatem vel pulchritudinem, vel possunt etiam per artem acquiri.
- 51 Loquendo autem de habitibus disponentibus ad operationem, sicut sunt habitus intellectus aut voluntatis, non possunt in hominibus habitus esse complete et totaliter a natura, sed solum quantum ad aliquam inchoationem seu principium.
- 52 Nam in intellectu est vis naturaliter cognoscitiva primorum principiorum, ut quod totum sit majus parte, sed cognoscere totum et partem non potest sine speciebus ab extra venientibus et actu aliquo elicto, et exinde generatur habitus principiorum.

53 Similiter potentia voluntatis naturaliter habet inclinationem ad bonum in communi, sicut quælibet potentia ad objectum suum, sed non habitum determinate ad hoc bonum vel illud inclinantem, quousque per actum aliquem acquiratur et determinetur.

★ ★

54 **In articulo secundo**, ostendit aliquos habitus generari et acquiri in nobis per actus.

55 Quia licet in agentibus habentibus principium tantum activum non possit dari assuetudo vel dissuetudo, ut in igne ad calefaciendum, aut etiam ubi est principium pure passivum, ut in materia prima ad recipiendum, tamen ubi est principium activum et passivum actus, quia se movet, potest in tali principio in quantum patitur et movetur fieri aliqua dispositio a suomet actu in quantum movet: et sic non est inconveniens quod per proprios actus ab aliqua potentia procedentes generetur in ipsa aliqua dispositio seu habitus.

★ ★

56 **In articulo tertio**, ostendit quomodo possit habitus generari uno vel pluribus actibus.

57 Nam cum habitus sit dispositio acquisita in aliqua potentia, ut passiva ab aliquo activo, contingit aliquando activum perfecte vincere uno actu totam resistantiam passivi, aliquando non nisi pluribus, verbi gratia, appetitiva non vincitur unico actu rationis propter indifferentiam suam ad bonum et malum, aut etiam resistantiam ad bonum.

58 Vis autem apprehensiva in aliquibus vincitur unico actu et potest generare habitum, ut in actibus evidentibus, quia per illos convincitur intellectus et sic plene determinatur. In actibus vero inevidentibus non plene determinatur intellectus, et sic unico actu non generatur habitus. Et præsertim in parte sensitiva, ut in memoria, non unico actu generatur habitus et plena adhæsiō seu determinatio.

★ ★

59 **In articulo quarto**, ostendit aliquos habitus infundi a Deo: *tum* quia dantur aliqui habitus ad aliquem finem seu ordinem supernaturalem, et tales per se debent esse infusi, quia a nulla causa naturali, sed a Deo possunt infundi; *tum* quia potest Deus se solo infundere et causare habitus qui alias per causas naturales acquiri possent, scilicet studio nostro: sicut Adamo, Salomoni et Apostolis plura infudit, quæ studio possent acquiri.

QUÆSTIO LII

DE AUGMENTO HABITUUM

60 **In articulo primo**, ostendit habitus esse de genere eorum quæ possunt augeri tam extensive quam intensive.

61 *Extensive* quidem, non sicut quantitas materialis, quæ extenditur per suas partes ex quibus componitur et tunc augetur quando perfecta redditur, sed sicut quantitas virtualis, quatenus ad plura se potest virtus extendere: ea enim quæ per ordinem ad aliquid in quo

plura continentur sortiuntur speciem possunt extensive augeri vel minui, prout plura vel pauciora attingunt. Et sic habitus augeri possunt; sicut scientia attingit plures vel pauciores conclusiones.

- 62 *Intensive* autem potest habitus augeri, quia potest diversimode participari in subjecto, et non est de ratione ejus indivisibiliter se habere, et sic potest magis et minus participari, quod est intendi in ipso, sicut una scientia est clarior, aut virtus est ferventior alia.

★ ★

- 63 **In articulo secundo**, ostendit quomodo habitus possint augeri per additionem, et quomodo non.

- 64 Nam additio potest intelligi in formis, *aut* secundum ipsam formalem et specificam rationem formæ. Et talis additio solveret speciem, non conservaret.

- 65 *Vel* secundum materiale receptionem in subjecto, sicut si forma quæ est in una parte communicaretur alteri, aut novum subjectum adveniret. Et talis additio est materialis et per accidens, nec facit melius sed majus.

- 66 *Vel* additio esset secundum extensionem virtualem, id est, secundum attingentiam ad plura objecta. Et sic potest fieri augmentum per additionem in his habitibus quæ ad plura objecta se habent.

- 67 *Vel* tandem potest intelligi additio per intensionem et participationem in subjecto, et sic augmentum non

fit per additionem, sed per majorem participationem aut radicationem in subjecto.

★ ★

- 68 **In articulo tertio**, ostendit non quolibet actu augeri habitum, sed tantum actu correspondente perfectioni vel intensioni habitus, aut disponente ad ipsum, non deficiente in minus.

QUÆSTIO LIII

DE CORRUPTIONE ET DIMINUTIONE HABITUUM

- 69 **In articulo primo**, ostendit posse habitum corrumpi tum per se tum per accidens. Per se quidem, quando corrumpitur a suo contrario, per accidens, ex defectu sui subjecti in quo est.

⊙

- 70 Sed hoc non eodem modo contingit in omnibus habitibus.

- 71 Nam in habitibus corporalibus, ut sanitas, pulchritudo, etc., utroque modo invenitur corruptio, scilicet et per contrarium, ut sanitas per ægritudinem, et per defectum subjecti, quia subjectum corruptibile est.

- 72 In habitibus autem qui sunt in anima potest esse corruptio per contrarium, ut scientia per errorem, virtus per vitium, non autem per defectum subjecti,

nisi quantum ad id quod ex tali habitu redundat et subjectatur in potentiis sensitivis.

- 73 Si vero aliquis habitus non habeat contrarium, ut habitus primorum principiorum, nullo modo potest corrumpi.

★ ★

- 74 **In articulo secundo**, ostendit quod habitus potest diminui, sicut et augeri, nempe non in sua essentiali specificatione in qua non suscipit magis et minus, sed in sua extensione ad plura vel pauciora objecta materialia, et in sua intensione secundum quod a subjecto magis vel minus participatur in intensione vel remissione.

★ ★

- 75 **In articulo tertio**, tractat quomodo habitus possit corrumpi, vel diminui per solam cessationem ab actu et ab ejus usu.

- 76 Et dicit quod cessatio et non usus directe et per se non corrumpunt vel diminuunt habitum, sed per accidens, seu removendo prohibens, quatenus per exercitium et usum habitus remonentur et succidunt extraneæ imaginationes et affectus quæ natæ sunt inducere contrarium corruptivum vel diminutivum habitus. Remoto autem actu et cessante usu habitus, crescunt ista contraria a quibus debilitatur habitus, vel etiam corrumpitur; præsertim cum ea quæ sunt in intellectu nostro et voluntate dependeant a sensu, in quo per cessationem unius transmutatio alterius contrarii crescit.

QUÆSTIO LIV

DE DISTINCTIONE HABITUUM

- 77 Distinctivum habituum potest sumi, *vel* ex diversitate subjecti in quo sunt, *vel* ex diversitate objectorum, *aut* ex diversitate partium seu qualitatum ex quibus componitur.

★ ★

- 78 **In articulo ergo primo**, ostendit in una potentia posse esse plures habitus, et consequenter non sumitur præcise diversitas habituum ex diversitate potentiae seu subjecti in quo sunt. Nam habitus, *vel* pertinent ad dispositionem naturæ, *vel* operationis.

- 79 Si loquamur de habitibus seu dispositionibus naturæ, possunt plures esse in uno subjecto, eo quod subjectum componitur ex partibus quarum quælibet suam potest habere dispositionem.

- 80 Si loquamur de habitibus disponentibus ad operationem, etiam potest una potentia habere plures habitus, quia potest habere plures actus diversæ speciei, cum sit indifferens et indeterminata ad illos, ut patet in intellectu et voluntate; ergo et plures habitus inclinant ad illos.

★ ★

- 81 **In articulo secundo**, ostendit quod habitus distinguuntur specie penes objecta, sicut et actus, eo quod essentialiter ordinantur et versantur circa objecta, actus quidem in actu secundo et ultimo, habitus vero

in actu primo et tamquam inclinatio quædam in actum; ergo per illa distinguuntur, quia ad illa essentialiter et specificè ordinantur, non quidem penes objecta materialia, sed penes formalia, quia in formali ratione movendi et specificandi conveniunt plura objecta, sicut plura visibilia in colore.

★ ★

82 **In articulo tertio**, ostendit specialiter convenire habitibus distingui secundum bonum et malum, eo quod habitus disponit subjectum secundum convenientiam vel disconvenientiam naturæ, vel quantum ad ipsum esse seu conservationem naturæ, vel quantum ad ipsum operari. Ratio autem convenientiæ importat rationem boni, et ratio disconvenientiæ malum, quod præsertim apparet in moralibus, ubi datur convenientia vel disconvenientia naturæ rationali prout secundum regulas rationis dirigitur.

★ ★

83 **In articulo quarto**, ostendit habitum esse simplicem qualitatem, nec componi ex pluribus habitibus et qualitatibus. Quia etsi ad multa materialia objecta se extendat, omnia tamen respicit sub una ratione formali, et ideo sufficit ad id una qualitas, sicut sufficit una simplex potentia ad omnia objecta sua. Et licet magis aut minus intendatur in subjecto, hoc non addit qualitatem superadditam, sed modum participationis et radicationis in eodem subjecto et ejusdem qualitatis.

DISPUTATIO XIII

DE HABITIBUS IN COMMUNI

ARTICULUS PRIMUS

EXPLICATUR RATIO ET NATURA HABITUS

84 I.—Multiplicem esse acceptionem habitus diximus in *Logica*¹.

85 Derivatur enim habitus generaliter loquendo ab habere. Inde autem triplex modus habendi derivatur.

86 *Aut** enim habere dicitur per modum dispositionis seu habilitatis ad aliquid, sicut cum dicimus bene vel male nos habere ad aliquid, id est, disponi. *n. 89

87 *Aut** dicitur habere per modum actionis aut passionis inter habentem et habitum, sicut ornatus aut vestis dicitur habitus, quia significatur ut ornans aut contegens, et hoc ad modum actionis dicitur et ornatum, vel tectum ad modum passionis. *n. 90

¹ Cf. Joan. a S. Thoma, *Curs. Phil.*, Log., II P., q. 18, a. 3, I (Reiser), p. 614-617.

88 *Aut** tandem habere dicitur per modum possessionis seu denominationis extrinsecæ, prout est idem quod possidere aliquid, quod sine reali inhæsiōne fieri potest, ut cum possidetur fundus aut uxor, quod consistit in aliquo jure, aut contractu, aut tentione, vel etiam in aliquo modo quod ad denominationem pertinet. *n. 91

○

89 *Et primo* modo*, habitus est qualitas, quia disponit et habilitat subjectum. *n. 86, 169sq., 174 sq.

90 *Secundo* modo*, est ultimum prædicamentum quod est habitus, qui explicatur per modum alicujus actionis, vel passionis intermediæ, scilicet ut ornantis aut vestientis subjectum. *n. 87

91 *Tertio* modo*, est postprædicamentum, eo quod consequitur ad plura genera, quæ habere vel haberi possunt. *n. 88

92 De *primo** solum loquimur in præsentī, aliis omissis. *n. 86, 89, 17

★ ★

93 II.—Igitur circa ipsam substantiam seu quidditatem habituum, qui ad prædicamentum qualitatis spectant, *tria* occurrunt ventilanda et quasi dubiola.

○

94 *Primum**, *an* ratio habitus qualificativi consistat in convenientia vel disconvenientia ad subjectum, *an* in ordine ad actum aliquem vel objectum. Ex quo cons-

tabit id quod spectat ad quæstionem *an est*, scilicet ad quid sunt necessarii habitus isti.

95 *Secundo**, quod sit subjectum habitus. *n. 203 sqq.

96 *Tertio**, quomodo ratio difficile mobilis pertineat ad essentialē differentiam habitus respectu dispositionis et aliarum specierum qualitatis. *n. 352 sqq.

● ● ●

RATIO HABITUS EST PENES CONVENIENTIAM VEL DISCONVENIENTIAM AD SUBJECTUM PRIMO ET PER SE

97 III.—Circa *primum* dubium*, oportet præsupponere definitionem habitus de genere* qualitatis, quæ non eodem modo traditur ab auctoribus, quia non omnes conveniunt in assignanda differentia propria* habitus, licet in ratione generica* convenient. *n. 94, 86, 89, 96, 102 sq.

○

98 Quod enim habitus sit qualitas quædam permanens et diuturna in subjecto in quo est, seu, ut alii dicunt, difficile mobilis, omnes fatentur, licet in explicando* quomodo sit difficile mobilis varietas* opinionum sit. *n. 115, 353 sq.

99 Sed tamen quod sit qualitas* a nemine negatur: *tum* in habitibus corporalibus, ut sanitate, robore, pulchritudine, quas constat alteratione acquiri, vel perdi, alteratio autem ad qualitatem est; *tum* in habitibus spiritualibus, ut scientia et opinione, virtute et vitio. Siquidem per tales habitus denominamur quales, non

quanti, vel relati, etc., quia ex scientia vel ignorantia, virtute aut vitio æstimatur qualitas personæ; sunt etiam hujusmodi habitus principia* actuum, quia ex scientia dimanant actus demonstrativi, ex virtute actus boni, et per eosdem acquiruntur; principia autem agendi qualitates sunt, nec enim virtus activa est substantia, vel quantitas aut relatio.

*n. 2 sq.,
408 sq.

○

100 IV.—Esse autem habitus qualitates permanentes, diuturnæ, difficile mobiles, *constat* experientia ipsa et ex effectibus, eo quod habitus consuetudine generantur; consuetudo autem permanens est et difficile mobilis, quia est* velut altera natura; dicimus autem aliquid habitualiter esse affectum aliqua forma vel dispositione, quando permanenter est in illa et quasi in statu. *Constat* etiam habitus non transire sicut operationes, siquidem eodem habitu quo facimus modo hanc operationem facimus postea aliam, nec pro qualibet operatione datur novus seu distinctus habitus; ergo habitus qualitas est permanens, non* cum operatione transiens.

*n. 398, 999

*n. 200

101 De his ergo duabus conditionibus habituum, constat manifeste apud omnes quod *et* qualitas sit, *et* permanens seu diuturna.

* * *

102 V.—**DIFFICULTAS** est in assignanda differentiali ratione habitus, tam ut distinguitur* ab aliis speciebus qualitatis, puta a potentia et impotentia, passione et passibili qualitate, quomodo videlicet sit qualitas dispiciens seu per modum dispositionis, et in quo consistat

*n. 104,
169 sq.

munus et ratio dispositionis *genericæ* sumptæ, ut est communis habitui et dispositioni: *an** ista ratio dispositionis sumatur penes convenientiam seu inconvenientiam ad subjectum* quod disponitur, *an* penes ordinem ad actum* vel effectum qui per ipsam fiat.

*n. 115

*n. 110 sq.

*n. 109

103 Deinde vero **inquiretur*** quomodo habitus distinguatur a dispositione *specificæ* sumpta, quæ dividitur contra habitum in prima specie qualitatis, quando dicitur quod prima* species est habitus et dispositio: ibi ly dispositio sumitur *specificæ*; quod autem est commune* habitui et dispositioni etiam vocatur dispositio, sed *genericæ*.*

*n. 352 sq.

*n. 174 sq.

*n. 357

*n. 370

★ ★

104 VI. — Explicatio ergo dispositionis *genericæ* sumptæ et propriæ rationis habitus, ut ab aliis speciebus discernitur*, oritur ex diversis definitionibus Aristotelis, quæ de ipso habitu inveniuntur.

*n. 102

105 Et solent referri tres definitiones ex ipso.

106 *Prima*, ex septimo *Physicorum*¹, quod habitus est dispositio perfecti ad optimum.

107 *Secunda*, ex secundo *Ethicorum*², quod habitus est quo bene vel male circa affectus nos habemus.

108 *Tertia*, ex quinto *Metaph.*³, quod habitus est dispositio qua dispositum bene vel male disponitur secundum se, aut in ordine ad alios.

¹ *Phys.*, VII, 3 (246 b 23).

² *Eth.*, II, 4 (1105 b 25).

³ *Metaph.*, V, 20 (1022 b 10).



- 109 At vero Gabriel (In III *Sent.*, dist. 23, q. 1), relictis hisce Aristotelis definitionibus, dixit habitum acquisitum (de hoc videtur loqui) esse qualitatem ex frequentatione actuum genitam, inclinantem in similes actus et difficile mobilem. Quam definitionem sequi videtur Suarez (*Metaph.*, disp. 44, sect. 1, n. 7-8)¹, ubi descriptionem habitus ad hunc modum reducit quod “est qualitas quædam permanens, et stabilis de se in sub-
jecto, per se primo ordinata ad operationem*, non tribuens primam* facultatem operandi, sed adjuvans et facilitans illam.”

*n. 102, 167,
170
*n. 170



- 110 VII. — Cæterum D. Thomas videtur omnia hæc componere, et perspicacius mentem Philosophi* contemplatus, naturam et definitionem habitus explicavit per rationem convenientiæ vel disconvenientiæ ad naturam* primo et per se; *secundario* per ordinem ad operationem seu actum, in quantum operatio et actus est finis* naturæ (unumquodque enim est propter suam operationem), et in ordine ad illam debet disponi per habitum ipsa natura.

*n. 106 sq.

*n. 102, 180

*n. 24

- 111 Verba D. Thomæ (Ia-IIæ, q. 49, a. 3) sunt: “Unde habitus non solum importat ordinem ad ipsam naturam rei, sed etiam consequenter ad operationem in quantum est finis naturæ”. Et quia habitus qui sunt in potentiis disponunt illas juxta suam naturam, et natura talium potentiarum est esse operativas et primo et per se ordinari ad actum, inde est quod tales habitus istarum

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 665.

potentiarum, non recedendo* a linea et limite convenientiæ aut disconvenientiæ ad naturam, perficiunt ad agendum et ordinantur* per se ad operationem et actum, quia talis est natura potentiæ quam disponunt.

*n. 429,
518 sq.

*n. 167, 179

- 112 Et ita (Ia-IIæ, q. 49, a. 2) *prius* determinavit juxta sententiam Philosophi quod habitus et dispositio dicuntur primo et per se penes convenientiam aut disconvenientiam ad naturam, *deinde* vero (Ia-IIæ, q. 49, a. 3) ostendit quod dicunt ordinem ad operationem seu actum: *tum* quia ipsa natura quam disponunt ad operationem ordinatur ut ad finem, *tum* quia ipsum sub-
jectum habitus aliquando habet naturam specificatam et ordinatam ad actum, scilicet quando habitus sub-
jectatur in potentiis operativis easque perficit.

- 113 Et hæc etiam est sententia Philosophi, ut patet ex definitionibus allatis*, ubi perpetuo explicat rationem dispositionis et habitus penes convenientiam vel disconvenientiam naturæ: virtutem enim quæ est habitus dicit* esse dispositionem perfecti ad optimum, et illud est perfectum quod est dispositum secundum naturam, ut patet in septimo *Physicorum*¹. — In aliis autem locis, ex quinto *Metaphysicorum*² et secundo *Ethicorum*³, aperte explicat rationem habitus et dispositionis penes convenientiam vel disconvenientiam naturæ, scilicet penes bene vel male se habere.

*n. 106 sq.

*n. 106

- 114 Quæ omnia loca citat D. Thomas (Ia-IIæ, q. 49, a. 2).

¹ *Phys.*, VII, 3 (246 b 23, 246 a 13).

² *Metaph.*, V, 20 (1022 b 10).

³ *Eth.*, II, 4 (1105 b 25).

* * *

115 VIII. — Quia ergo tota differentia auctorum est in explicanda* ista formalitate et habitudine dispositionis et habitus, quid videlicet primum et per se in illa sit: *an** ordo ad naturam, quæ se habet ut principium operationis, quatenus convenienter vel inconvenienter se habet ad illam, *an vero* primo et per se respiciat habitus id quod se habet ut terminus, scilicet ipsa operatio et actus, **duo oportet facere.** *n. 98 *n. 102

116 **Primum***, probare sententiam Philosophi et D. Thomæ veriorē esse, quod formalitas et ordo habitus primo et per se sumatur per convenientiam ad naturam, seu ad principium quod est natura, quam sententia eorum* quæ primo et per se considerat formalitatem habitus per ordinem ad actum, quatenus dat activitatem aliquam potentiæ. *n. 118 *n. 109

117 **Secundum***, est explicare quid sit in dispositione et habitu convenientiam aut inconvenientiam importare ad naturam, perfecte seu imperfecte, bene vel male se habere, cum hoc videatur* esse commune omni qualitati, imo et omni formæ accidentali, quia omnis forma accidentalis perficit naturam, et convenienter vel inconvenienter se habet ad illam, cum sit actualitas ei superveniens. *n. 141 *n. 150 sq.

* *

118 IX. — **Quoad primum***, probatur sententia Aristotelis et D. Thomæ, *tum* a posteriori, *tum* a priori. *n. 116

○

119 *A posteriori* quidem, quia non omnes dispositiones vel habitus sunt operativi vel operantur; ergo non potest primo et per se formalitas eorum consistere in ordine ad operationem.

120 Consequentia patet, quia quod primo et per se ordinatur ad operationem operativum est, seu talis operationis causativum. Quod ergo operativum non est, non ordinatur primo et per se ad operationem.

121 Antecedens vero probatur, *tum* in dispositionibus corporis, *tum* animæ.

122 In corpore, sanitas et pulchritudo ponuntur a Philosopho¹ inter dispositiones seu* habitus, neutra tamen consistit in activitate seu vi operativa, sed in commensuratione temperamentis. *n. 102

123 Similiter gratia, in opinione* quæ illam ponit in essentia* animæ distinctam a charitate, est habitus, et tamen operativa non* est, sed solum sanctificativa et participativa divinæ naturæ. *n. 281 *n. 275 *n. 402

124 Species etiam intentionales in hac prima* specie dispositionis vel habitus ponuntur, nec* enim habent aliam ad quam reducuntur, et tamen species non sunt per se primo virtutes activæ, sed repræsentativæ* et vicariæ objectorum. Et dato quod species impressæ, quia actuant potentiam ex parte principii et foecundant ad eliciendam cognitionem, efficientiam habeant in ipsum actum, tamen species expressæ, quæ solum repræsentant terminative, efficientiam non habent in ipso intellectu. *n. 159, 217 *n. 215 *n. 207, 209 sq.

¹ *Phys.*, VIII, 3 (246 a 10).

- 125 Ergo ex genere* suo dispositio et habitus non dicunt vim activam et efficientem, et consequenter neque ordinem ad actum seu operationem. *n. 102
- 126 Quod vero ex genere suo omnis dispositio dicat convenientiam vel disconvenientiam, bene vel male se habere ad naturam, ex sequenti* ratione declarabitur. *n. 127 sq.

○

- 127 X. — *A priori** autem sumitur probatio hujus ex ipso munere* dispositionis, quod est determinare seu ordinare aliquid ad aliquam formam, vel finem obtinendum, vel non amittendum. Unde in quinto *Metaphysicorum*¹ dicit Aristoteles quod “dispositio est ordo habentis partes”. Quod non intelligitur solum de partibus quantitativis et materialibus, sed etiam de virtualibus*. Ubi enim aliqua multiplicitas est ordinanda vel reducenda ad aliquid, dispositione opus est. *n. 118
*n. 280
*n. 61, 145

- 128 Et videmus hoc munus dispositionis, quando aliqua materia disponitur ad formam, abjiciendo unam et introducendo aliam. Oportet enim disponi materiam, quia oportet ordinari de una forma ad aliam, et determinari indifferentiam materiæ, quæ est ad plura, ad hanc formam suscipiendam potius quam ad illam.

- 129 Si ergo proprium munus dispositionis est ordinare et determinare ad aliquid, ergo proprium munus ejus est convenienter vel disconvenienter, bene vel male se habere in subjecto vel natura quæ ad aliquid ordinatur: siquidem ordo ad aliquam formam vel ad aliquem finem convenientiam vel disconvenientiam importare debet.

¹ *Metaph.*, V, 19 (1022 b 1).

- 130 Nam ordo in præsentī non dicit solam habitudinem seu respectum, sed ordinationem. Ideo enim dicitur a Philosopho¹ quod dispositio est ordo inter partes, quia inter partes non solum datur relatio et habitudo, sed etiam coaptatio et ordinatio qua unumquodque in ordine sibi debito collocatur et ponitur, et hoc dicitur dispositio quasi debita positio, qua unum ponitur ubi debet, vel opposito modo et indebite. Et ita dispositio dicitur ordo inter partes, id est, ordinatio et coaptatio, aut positio debita inter plura.
- 131 Qua ratione etiam in ipsis potentiis* animæ et in rebus quibuscumque, ubi aliqua multitudo est collocanda et ponenda seu determinanda, dispositio habet locum, quia si potentia est indifferens* ad plura, ut ad plures actus vel formas, oportet quod erga illa plura detur aliqua determinatio et coaptatio*; nec solum sit ordo et respectus ad illa quasi in confuso* et in communi*, sed determinetur in particulari erga hoc et illud: sic determinari et ordinari dispositio est, id est, debita positio et coaptatio. Ubi autem est debita vel indebita commensuratio et coaptatio, est ratio convenientis aut disconvenientis, boni vel mali. *n. 282 sq.
*n. 204, 286, 427
*n. 130
*n. 180
*n. 53
- 132 XI. — Quare ex hoc discernitur quod munus* dispositionis seu habitus non sit primo et per se ordo seu respectus activitatis ad operationem, sed convenientia vel disconvenientia commensurationis et coaptationis in ipsa natura, seu subjecto disposito in ordine ad aliquam formam vel finem. *n. 134, 143
- 133 Imo quando habitus vel dispositio ponitur in potentia activa, perficiendo et quasi acuendo* ipsam, *n. 429

¹ *Metaph.*, V, 19 (1022 b 1).

adhuc principaliter non constituit ordinem ad actum, sed coaptationem et debitam commensurationem erga talem actum seu operationem. Supponit enim habitus potentiam habentem ordinem indifferentem de se, et quasi potentiam ad plures actus seu operationes: hæc enim sola* capax est habituum.

*n. 204, 286,
427

134 Unde habitus non habet necesse addere ordinem seu respectum ad talem actum, sed solum id quod erat in confuso* et indifferens explicare, et actu determinare ipsa consuetudine* et multiplici labore aut determinatione aliqua ad talem actum determinate et in particulari, ex quo tamen consequenter* ipsa activitas perficitur et acuitur potius determinatione et ordinatione activitatis, quæ erat indifferens ad plura, quam superadditione activitatis ad activitatem potentiæ, sed ordinatione et determinatione* indifferentiæ.

*n. 132

*n. 999

*n. 110

*n. 427 sq.,
518 sq.

135 In aliis vero subjectis, quæ non sunt potentiæ activæ, magis* constat quod dispositio superaddita non addit ordinem ad operandum, quia non hoc exigit* natura illius subjecti.

*n. 182

*n. 111

136 Unde fit quod habitus infusi, quia non solum coaptant et commensurant potentiam ad actus ad quos ex sua natura dicebat ordinem, sed etiam elevant* ut de novo ordinem importet positive et actualiter ad quod antea solum dicebat obedientialiter, magis accedunt ad rationem potentiæ, et habent modum quemdam potentiæ, quatenus in ipsa potentia naturali non supponunt respectum et ordinem positive et actualiter ad operationes supernaturales, sed solum obedientialiter; et ideo habitus superveniens elevat et præbet primo et immediate hunc positivum ordinem, non vero solum coaptat et determinat præhabitum.

*n. 406

137 Dicitur tamen simpliciter habitus*, licet habeat hunc modum potentiæ, quia etsi non præsupponat proportionatum et positivum ordinem ad illam operationem supernaturalem, præsupponit* tamen obedientialem et radicalem, illamque determinat et coaptat elevando ad superiorem ordinem quem antea nondum actualiter respiciebat.

*n. 140, 191

*n. 139

138 XII. — Et inde est quod habitus supernaturalis, et dicitur dare totam virtutem ad agendum, et tamen potentia radicaliter operatur et vitaliter, quia habitus supernaturalis datur potentiæ elevando illam ad ordinem superiorem, et proportionando illam ad id quod ex sua naturali virtute non potest, sed solum habet ad id obedientialem capacitatem et potentiam, non positivum et actualement respectum: illa tamen capacitas obedientialis solum habetur in potentiis talibus, scilicet quæ spirituales sunt et possunt vitaliter operari.

139 Unde fit quod ratione habitus infusi superveniens, accipiant illæ potentiæ primum et essentialem seu specificum ordinem et proportionem ad talem operationem supernaturalem, et hoc est habere ab illo habitu totam virtutem ad illum actum ut proportionatam et positive respicientem illum, et tamen supponatur* ex parte potentiæ capacitas et potentia obedientialis, ut posita tali elevatione influat in actum.

*n. 137

140 Et sic præsupponitur aliquid ex parte potentiæ obedientialiter se habens ad illum actum, non aliquid proportionate se habens et positive respiciens, et ratione ejus quod præsupponitur, ille habitus infusus præstat convenientem dispositionem* ad operandum, et non primam radicem vitalis operationis; ratione

*n. 137

autem elevationis ad superiorem ordinem præstat totam proportionem et positivum ordinem ad talem actum, licet non radicalem.

★ ★

- 141 XIII. — Ex hoc autem explicatur **secundum**, quod supra* proposuimus, scilicet, quid sit specialiter in habitu* vel dispositione convenientiam vel disconvenientiam habere ad naturam vel subjectum, cum hoc videatur* commune omni accidenti: omne enim accidens adveniens subjecto, vel est illi consonum et conveniens, vel contrarium et disconveniens, aut disparate se habet et indifferenter, quamvis fere nullum sit unde aliquid convenientis vel disconvenientis habere non possit, saltem quoad ornatum vel modum se habendi.

○

- 142 XIV. — Respondetur ex doctrina S. Thomæ (Ia-IIæ, q. 49, a. 2 ad 1 et 2), ubi hanc difficultatem posuit, quod aliis accidentibus*, quæ non sunt habitus et dispositio, potest convenire bene vel male, convenienter aut disconvenienter subjectum afficere, non per se primo et propria specificatione, sed prout ingrediuntur aut reducuntur* ad componendum id quod est habitus vel dispositio, sicut figura et color non secundum se, sed prout componunt pulchritudinem, et calor et frigus ut componunt sanitatem ad dispositionem reducuntur*.
- 143 At vero dispositioni et habitui hoc convenit per se primo, et ex ipsa specificatione habent hoc munus* convenienter ordinandi aliquid in subjecto.

- 144 XV. — Hoc autem ita explicatur ex doctrina D. Thomæ (Ia-IIæ, q. 49, a. 2 ad 1 et 2), adjuncto eo quod dicit (Ia-IIæ, q. 49, a. 1 ad 3), quia dispositio (ut ex Philosopho¹ dictum* est) dicit ordinem alicujus habentis partes.
- 145 Quæ partes non solum accipiuntur secundum partes quantitativas, seu pertinentes ad locum, sed secundum partes virtuales*, quas ibi² vocat Aristoteles partes secundum potentiam et secundum speciem, quales inveniuntur in scientia et virtute, quæ paulatim crescunt et perfectum statum accipiunt.
- 146 Pertinet ergo ad qualitatem, quæ est dispositio, ponere ordinem* in his quæ disponit, quatenus aliqua multa actualiter vel virtualiter* reperta in aliquo debite ponuntur aut ordinantur aut collocantur aut ad unum rediguntur, ut convenienter vel disconvenienter se habeat natura seu subjectum ex tali ordinatione et determinatione inter illa plura, ad quæ indifferentiam et potentialitatem et quasi confusionem* habet.
- 147 Hoc autem nec aliis accidentibus*, neque aliis speciebus* qualitatis convenit, licet omnibus conveniat* hoc quod est afficere substantiam et ei aliquam perfectionem aut deteriorationem afferre, sive quoad essendum, sive quoad operandum.
- 148 Specialiter* vero inter aliqua multa ad quæ datur indifferentia* ordinem componere, et consequenter debite vel indebite in ordine ad ipsam naturam collocare, non convenit nisi dispositioni seu habitui. Nam,

¹ *Melaph.*, V, 19 (1022 b 1).

* *Melaph.*, V, 19 (1022 b₁).

verbi gratia, calor* vel frigus, ut præcise qualitates activæ sunt, non respiciunt ordinare multa aut debite collocare vel disponere, sed solum virtutem activam dare, et idem est de potentia*, quæ solum dat vim ad agendum vel resistendum, et similiter figura* ponit terminationem partium aut ex illa resultat, non ipsum ordinem et debitam collocationem aut proportionem earum facit in ordine ad bonum naturæ vel subjecti.

149 Et similiter discurre potest circa illa accidentia* quæ primo et per talem ordinem et collocationem aut positionem debitam non habent facere: si quid vero istorum important, est quatenus aliquem modum habitus vel dispositionis induunt*, licet, quia id non habent facere* primo et per se, non sunt primo et per se dispositio.

○

150 XVI. — **Solum posset aliquis objicere*** de aliquibus accidentibus, quæ pro formali ratione et primario munere habent ordinare* partes, ut quantitas ex qua resultat figura, et situs qui etiam ordinat partes in loco. Et prædicamentum quando ordinat partes temporis primo et per se distribuens mensuras dierum, mensium et annorum, et generaliter quæcumque important aliquam rationem mensuræ ordinationem ponunt inter multa, nec tamen sunt habitus.

151 E contra* vero multi sunt habitus, qui non apparet quas partes ordinent vel disponant, ut gratia* in anima, species* intelligibilis in intellectu et scientia, et similiter virtutes* in voluntate. Ergo inconvenienter explicatur ratio dispositionis et habitus penes* ordinem debitum

inter multa, neque inde infertur* quod consistant in convenientia aut disconvenientia ad naturam seu subjectum.

152 XVII. — **Respondetur*** ex dictis quod ordinare multa aut adunare et reducere ad aliquid unum potest dupliciter considerari. *Uno modo* absolute* et secundum se, *alio modo* respective* ad naturam seu subjectum, ut ex tali ordinatione aut positione ad suum esse aut operationem debite vel indebite commensuretur, et commodum vel incommodum reportet. Hæc enim ordinatio redditur qualificativa*, hoc ipso quod secundum aliquam commensurationem ponit modum in subjecto, quod est proprium* munus qualitatis, ut D. Thomas affirmat (Ia-IIæ, q. 49, a. 2).

153 Non autem quæcumque ordinatio multorum pertinet ad dispositionem et habitum, sed solum qualificativa* et commensurativa subjecti, id est, reductiva indifferentiæ et indeterminationis ejus erga multa ad debitam determinationem et statum.

154 Dicimus ergo quod ordinatio partium seu multitudinis absolute* et secundum se potest inveniri extra qualitatem, ut in quantitate, in situ, in quando. Unde etiam in mathematicis potest inveniri ordinatio partium, et figura, et situs, abstrahendo ab omni ordine ad bonum vel malum subjecti, eo quod mathematica abstrahit a bono et fine, et ab omni motu. Et sic ordinatio partium quantitatis, sive quoad se, sive quoad locum, et similiter in successivis, ut in tempore et motu, adunatio aut connexio partium nihil importat de dispositione qualificativa*, quia non respicitur in hoc ordo aliquis ad naturam ut convenienter vel dis-

convenienter aptetur in sua indifferentia et indeterminatione, sed tantum extensio partium tollendo confusionem illarum per quantitatem seu extensionem.

- 155 XVIII. — At vero ordinatio multorum non extensiva, sed respectiva ad bonum subjecti, ad conveniens vel disconveniens ipsius, qualificativa est et ad dispositionem pertinet, quia tali ordinatione dici possumus quales seu qualificati, sive in bonum, sive in malum. Unde etiam locus*, non quatenus præcise ponit locationem rei in aliqua distantia, sed [quatenus] ulterius addit conservationem rei in loco, qualitatem importat, non ubi*, quia importat aliquam temperiem, quæ ad dispositionem potest reduci*, sicut sanitas. Et sic patet quomodo ordinare et disponere multa aliter pertineat ad quantitatem, aliter ad qualitatem seu dispositionem, quæ ordinat non absolute*, sed respectiva ad subjectum vel naturam, juxta ejus debitam* vel indebitam commensurationem et exigentiam seu finem.

- 156 XIX. — Ad **secundam*** vero partem argumenti, quomodo hæc ordinatio inter multa inveniatur in aliquibus habitibus seu dispositionibus, verbi gratia, in gratia, in scientia, in virtutibus, in lumine gloriæ, etc.

- 157 **Respondetur** semper in his supponi aliqua multa, vel in potentia, vel in actu, quæ ordinentur aut circa quæ versetur ille habitus, siquidem in omnibus istis debet salvari definitio et ratio dispositionis, quod est ordo habentis partes, ut supra* ex Philosopho¹ diximus.

¹ Cf. *Metaph.*, V, 19 (1022 b 1).

- 158 Gratia* igitur ponit ordinem inter multa radicaliter, quia est radix ordinandi et dirigendi omnia quæ sunt in homine ad finem, et hoc ordinat convenienter ad naturam, quia elevando* illam ad superiorem ordinem, et rectissime ac convenientissime perficiendo.

- 159 Species* intelligibilis ordinat et disponit multa, quia potentiam indifferentem determinat* in unam objecti repræsentationem et formalem rationem sub qua plura etiam contineri possunt, sicut in una specie visibili ordinantur sub una ratione formali coloris omnia quæ ex parte subjecti se tenent, quantitas, figura, motus, quies et sexcenta alia.

- 160 Lumen* gloriæ ordinat inter multa: *tum* quia intellectum ad multa indifferentem determinat ad visionem Dei, *tum* quia elevat* intellectum ut attingat visionem suam ultimum finem, et in eo videat omnia quæ pertinent ad ipsum hominem et ad directionem ejus. Succedit enim fidei et ad omnia quæ fides attingit, disponit hominem, licet altiori et simpliciori modo. Non enim ista multa quæ ordinantur per dispositionem solum ex parte modi attingendi consideranda sunt (inde enim potius simplicitas et unitas habetur), sed ex parte rerum attactarum quæ ab ipsa dispositione et ratione illius ordinantur. Nihil autem est in beato quod non a lumine gloriæ regulari et ordinari possit.

- 161 Scientia* etiam disponit et ordinat circa multa, quia plura objecta sub una ratione attingit et plures species intelligibiles ordinate disponit, quia ad omnia illa indifferentiam potentiæ determinat et debite* ponit aut collocat, seu ordinat circa objecta illa attingenda.

- 162 XX. — Virtutes* in voluntate ordinant et disponunt circa multa, verbi gratia, circa diversas passionem, circa diversos actus vel objecta, circa quæ convenienter ipsam potentiam ordinant et ejus indifferentiam* ad actum reducunt, et diversas istas materias aut objecta tamquam partes* respiciunt istæ dispositiones et habitus, quia circa illas disponendas et ordinandas versantur. *n. 151
*n. 53, 464
*n. 127, 145
- 163 Et ut verificetur* quod habitus ordinant et disponunt* inter multa, sufficit quod ipsam indifferentiam potentiæ, sive voluntatis, sive intellectus, sive appetitus, determinant et actuant, quia cum illa indifferentia sit ad multa, hoc ipso quod potentialitatem illam ad unum modum operandi determinant, utique inter multa ordinant et disponunt. *n. 151
*n. 198
- 164 XXI. — Et in his omnibus non meminimus intensiois et remissionis, secundum quas etiam multitudo aliqua attendi potest in quantum crescit habitus vel decrescit, *tum* quia intensio et remissio etiam aliis qualitatibus præter habitum est communis, *tum* quia ordinatio illarum partium seu graduum non indiget dispositione superaddita ordinante, sed per seipsos tales gradus ordinantur ipsamet intensioe aut remissione.
- 165 Quomodo autem passibilem qualitatem, dispositionem et habitum Porphyrius penes intensioem et remissionem distinxerit, affert ex Simplicio¹ D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 1 ad 3), et nos dubio sequenti* attingemus. *n. 391 sq.

¹ Cf. *In Cat.*, VIII.

* * *

- 166 XXII. — Ex his concluditur primariam et formalem rationem habitus seu dispositionis considerari per ordinem ad naturam seu subjectum cui convenientiam vel disconvenientiam tribuit ordinando et disponendo ea quæ ordinatione indigent, quæ dicuntur partes* hujus ordinationis. *n. 130, 145
- 167 Quia tamen natura hæc et subjectum ordinatione ista indiget, vel ad suum esse, vel ad suum operari, siquidem natura est principium radicale operationis et motus, *inde est* quod habitui etiam convenit ordo ad actum seu ad operationem*, et habitus influit in actum, et ad id virtutem et activitatem* habere debet, quatenus iste ordo ad actum et iste influxus ad operationem convenienter se habet ad ipsam naturam, quam habitus disponit ad illum finem, eo quod proprium munus dispositionis est ordinare ea quæ naturæ sunt ad aliquid ut ad finem, et ille finis est* operatio, quia naturale est esse principium operationis, et unumquodque est propter suam operationem, ideo intra limites proprios hujus convenientiæ ad naturam intrat hoc quod est dicere ordinem ad actum, præsertim* si subjectum quod disponitur per habitum est potentia operativa, cujus propria natura est ordinem habere ad actum. *n. 109
*n. 408-440
*n. 111
*n. 111 sq.
- 168 Quod est doctrina S. Thomæ (Ia-IIæ, q. 49, a. 3). * * *
- 169 XXIII. — Et ex hoc discernitur propria differentia* inter potentiam et habitum, et elicitur definitio propria habitus. *n. 102, 104, 147 sq.



- 170 Nam Suarez (*Metaph.*, disp. 44, sect. 1, n. 7–8) ' cum existimet* habitus per se primo ordinari ad actus seu ad operationes*, quia non agnoscit alios habitus qui ad operationem non* ordinentur, et hoc quod est ordinari ad actum commune est etiam potentiis quæ facultatem tribuunt operandi, ponit ipse differentiam inter habitum et potentiam in hoc quod potentia tribuit primam* facultatem operandi, habitus vero non, sed solum facilitatem, et sic supponit potentiam, quia adjuvat et faciliat eam. Nomine autem primæ* facultatis intelligit non radicalem vim operandi, quæ est principium substantiale, sed proximam, scilicet ipsam virtutem seu qualitatem quam substantia operatur, cui supervenit habitus præbens facilitatem et modum operandi. *n. 109, 181
*n. 173, 185
*n. 275
*n. 188, 288
*n. 173
- 171 Cæterum S. Thomas, altius contemplatus hanc differentiam*, brevissime nobis insinuavit distinctionem habitus a potentia, dicens (Ia-IIæ, q. 49, a. 3 ad 2) quod "non est de ratione habitus quod respiciat potentiam sed quod respiciat* naturam. Et quia natura præcedit actionem, quam respicit potentia, ideo prior species qualitatis ponitur habitus quam potentia". *n. 169
*n. 174
- 172 Ubi vides rationem* contra sententiam Suarez, et legitimam differentiam* inter potentiam et habitum. *n. 173 sq.
*n. 178 sq.



- 173 XXIV. — **Rationem*** quidem, quia si quidditas et ratio habitus solum consistit in hoc quod dicat habi-

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 665.

tudinem* ad actum seu operationem per modum facilitantis et adjuvantis, quæ ratio supponit ipsam potentiam constitutam et supervenit illi, potentia autem dicit ordinem ad actum per modum primæ* facultatis operativæ, sequitur quod inverso ordine ponit Philosophus¹ et communiter omnes pro prima specie qualitatis habitum et dispositionem, et pro secunda potentiam. Si enim tam potentia quam habitus qualitates sunt (ut vere sunt), utraque directe et per se respicit operationem seu actum. Prior* ergo qualitatis species comparatione ad substantiam est potentia quam habitus. *n. 170
*n. 170
*n. 175

- 174 Cur ergo et sub qua consideratione aut formalitate ponitur ab Aristotele primo* loco habitus, secundo potentia? Certe non alia potest reddi ratio nisi quam hic* significat S. Thomas², quia de ratione habitus est quod respiciat naturam; et natura præcedit actionem, quam respicit potentia. *n. 103, 104
*n. 171

- 175 Verissimum ergo est quod in inhærendo seu conveniendo substantiæ, prior* est potentia quam habitus operativus: hic enim acquiritur* potentiæ per ejus actus, aut infunditur jam existenti, et indifferentiam atque amplitudinem ejus determinat eique inhæret, si habitus seu dispositio operativa* sit. *n. 173
*n. 527
*n. 177

- 176 XXV. — Cæterum, quia altior et superior est ratio habitus seu dispositionis quam ratio operativi, oportet quod ante ipsam rationem operativi, seu ante ordinem ad actionem, quam primo respicit potentia, deinde adjuvat seu ordinat dispositio et habitus, re-

¹ Cf. *Cat.*, VI, 3 (8 b 26).

² Cf. *Iam-IIæ*, q. 49, a. 3 ad 2.

periatur in habitu communis* ratio quæ respicit naturam, quatenus convenienter aut disconvenienter ordinat eam aut disponit ad finem suum, sive quoad esse, sive quoad operari. *n. 182

- 177 Unde sub hac ratione, etiam quando afficit potentiam eamque perficit in quantum natura quædam est, talis potentia afficitur ab habitu convenienterque disponitur juxta id quod talis exigit natura, scilicet ad operandum, ita quod habitus etiam* operativus, etiam adjuvans potentiam, magis in ea attendit naturam quæ est quam id ad quod est, quamvis et hoc necessario debeat attendere, quia ad hoc est* illa natura potentiæ. *n. 175
*n. 111, 18

○

- 178 XXVI. — Constat quoque ex hoc **legitima differentia*** inter potentiam et habitum. *n. 172

- 179 Etenim potentia directe et per se primo respicit* actionem seu operationem tamquam principium elicitive illius; habitus vero de se solum respicit debitam* convenientiam vel disconvenientiam ipsius naturæ seu principii elicitive, et quando est habitus seu dispositio ipsius potentiæ operativæ, habitus dicit ordinem ad actum, quia* dicit ordinationem et convenientiam talis potentiæ in ordine ad suum finem, qui est operatio. *n. 176
*n. 130 sq.
*n. 111

- 180 Et ita uterque tam habitus quam potentia specificantur* per ordinem ad actum et objectum actus, sed diversimode: *potentia* directe respiciens ipsum actum, ut principium elicitive ejus; *habitus* directe* respiciendo convenientiam et debitam ordinationem seu

commensurationem potentiæ ad eundem actum elicendum, quatenus tollit confusionem* aut potentialitatem, aut determinat* seu actualitatem indifferentiam et potentialitatem ejus ad talem operationem, et sic virtutem ejus perficit debite commensurando. *n. 131
*n. 999

- 181 Non* autem primo et per se respicit actum, ut principium elicitive, in ea linea et ordine quo potentia etiam per modum facultatis superadditæ, sed tamquam proportionans aut debite commensurans potentiam ad operandum, quod totum ad convenientiam vel disconvenientiam pertinet talis naturæ, scilicet potentiæ, cujus natura est* ordinari ad operandum. *n. 170
*n. 177

- 182 XXVII. — Habitus autem seu dispositiones ipsius corporis non ordinatæ ad operandum, ut sanitas et pulchritudo, manifestum* est non ordinari directe ad operationem, et tamen in eadem formali ratione generica* habitus conveniunt cum operativis. *n. 135
*n. 176

- 183 Semper ergo assignanda est ratio communis habitui et dispositioni, quæ non* sit ordo ad actionem primo et per se, sed ordo convenientiæ* ad naturam, in qua etiam potest intrare ordo ad operationem, quatenus natura etiam ordinatur ad operationem ut ad finem, et ipsa natura potentiæ etiam ordinatur ad operationem, non solum ut ad finem, sed etiam ut ad specificativum*. *n. 181
*n. 179
*n. 180

- 184 Et ita illa qualitas, quæ convenienter ordinat et disponit talem naturam potentiæ, etiam dicit ordinem ad actum et specificatur ab illo, non sub ratione directæ elicitive, sed sub ratione convenientis dispositionis et ordinationis ad actum.

185 Et sic non dubitamus quod habitus potentiarum per se ordinetur* ad actum et objectum a quibus specificatur, sed non ut activitas* per se primo, sed ut ordinans et determinans seu proportionans activitatem potentiæ, seu naturæ in qua est. *n. 170 *n. 188

* * *

186 Sed objicies*: Nam omnis habitus, si est acquisitus, generatur per se ex actibus ad quos inclinatur, et si est infusus, ordinatur ad operationes supernaturales; ergo omnis habitus primo et per se dicit ordinem ad actus. *n. 189

187 Item*, convenientia vel inconvenientia ad subjectum etiam* fit per qualitates tertiæ speciei, sicut per calorem et frigus, per colorem et sonum, etc., non solum quatenus istæ qualitates reducuntur* et ingrediuntur compositionem alterius, quæ est dispositio, verbi gratia, sanitatis aut pulchritudinis, ut D. Thomas dicit (Ia-IIæ, q. 49, a. 2 ad 1), sed etiam secundum se, sicut simplex calor est conveniens dispositio ignis, et tamen calor est passibilis qualitas quæ acquiritur per passionem et motum. Et idem argumentum fit de figura, et de potentia, etc. *n. 192 sq. *n. 141 *n. 142, 15

188 Denique*, habitus dat virtutem ad influendum in ipsum actum, non solum quoad facilitatem et modum, sed etiam quoad substantiam actus (ut infra* dicemus); et patet in habitu luminis gloriæ ad eliciendam visionem Dei, ad quam dat virtutem intellectui elevando illum; et scientia dat vim ad eliciendum actus scientificos; et virtus moralis ad actus bonos, etc. Ergo habitus seu dispositio directe importat activitatem* virtutis, *n. 196 sq. *n. 402-5[§] *n. 185

ergo et ordinem ad actum, licet non primam* et radicalem facultatem, sicut potentia. *n. 170

○

189 XXVIII. — Respondetur* ad primum, negando consequentiam. *n. 186

190 Habitus enim generatur ex actibus et inclinatur ad illos, non ut pure et præcise fiat actus in sua essentia et valore, sed ut fiat taliter*, scilicet cum debita convenientia aut proportionem aliqua vel commoditate subjecti. *n. 196, 488 sq.

191 Et ipsi supernaturales habitus, qui dantur etiam* ad substantiam actus et valorem ejus, ad quod non potest virtus naturalis, adhuc habent dare proportionem et facilitatem et ordinationem rectam subjecti ut bene fiat, et non ut præcise determinando indifferentiam et potentialitatem ejus, et de se semper inclinant habitus, non solum ut fiat actus, sed ut bene fiat, nisi per accidens impediatur propter imperfectionem status sui, aut resistantiam subjecti, vel ob aliud impedimentum. *n. 136 sq.

192 XXIX. — Ad secundum*, ex supradictis† responsum manet, et explicari potest sic, quia aliud est aliquam formam convenire vel disconvenire seu repugnare subjecto, aliud est formam aliquam habere pro munere et officio convenientias vel disconvenientias subjecti ordinare* et perficere, quod est proprie disponere, quia ea quæ recte collocantur in suo ordine, dicimus bene disponi. *n. 187, †n. 152 sq. *n. 130 sq.

- 193 *Primo* modo*, omnia accidentia dicunt aliquam convenientiam aut disconvenientiam vel repugnantiam ad subjectum, et sunt debita vel indebita illi, sicque invenitur convenientia in qualitatibus tertiæ speciei, et in figura, et potentia, etc. *n. 192
- 194 *Secundo* modo*, dantur peculiare formæ habentes illud munus, quæ supponunt posse in subjecto dari deordinationem aliquam ex indeterminatione, potentialitate, aut confusione provenientes, ideoque indiget aliquo ordinante et determinante. *n. 192
- 195 Et sic est habitus vel dispositio, quia dispositio est* ordo inter partes, seu inter multa (sive sint multa potentialiter, sive actualiter), ut supra* ostensum est. Non* omnia autem accidentia dantur ad hoc munus ordinandi vel deordinandi ipsas convenientias aut disconvenientias subjecti, et potentialitates aut indeterminationes et confusiones ejus, et sic non omnia disponunt, licet omnia convenient vel repugnent, quia non omnia ordinant partes seu multa, et dispositio ordo partium est, sicut potentia dimanans a subjecto conveniens est illi, et impotentia repugnans, sed non datur potentia ad ordinandum et componendum et proportionandum indifferentiam inter multa, sicut habitus vel dispositio superveniens. *n. 127
*n. 130 sq.
*n. 152 sq.
- 196 XXX. — *Ad tertium**, respondetur habitum quando advenit potentiæ activæ præbere virtutem ad influendum etiam in substantiam actus, id est, in ipsum exire et produci et existere talis actus, sed non præcise ad influendum et absolute, sed tali* modo, scilicet dando aliquam determinationem aut ordinationem vel com-

- moditatem operanti ut influat et operetur. Et sic dicuntur præbere virtutem, quia illam perficiunt et quasi poliunt et acuunt* in actu primo, ut secundum talem determinationem influat. *n. 429
- 197 **Instabis** : Determinare potentiam pertinet ad concursum causæ superioris, præsertim primæ, quæ causas inferiores determinat et actuat ut operentur; ergo hoc non pertinet per se ad habitum vel dispositionem, sed ad concursum.
- 198 XXXI. — **Respondetur** concursum Dei, si sit efficax deturque ad operandum in actu secundo*, non determinare neque disponere in actu primo, neque dari ut inter multa ordinet*, neque ad plures actus, sed ad singulos*, quia est ultimum complementum et efficax applicatio ad hunc numero actum hic et nunc eliciendum, non virtus aliqua in actu primo collata ad plures actus: id enim pertinet ad sufficiens* auxilium, non ad efficax ut tale. *n. 545
*n. 163
*n. 200
*n. 202
- 199 Et inter hunc concursum et habitum est plana et manifesta differentia, quod habitus seu dispositio determinat et ordinat indifferentiam aut confusionem potentiæ in actu primo et quasi ad aliquam speciem* actus, remanente indifferentia et indeterminatione ad diversos actus in individuo, quos constat habitibus elici, et ad plures unum habitum sufficere*. *n. 350, 545
*n. 198, 350
- 200 Concursus* autem efficax etiam hanc determinationem superat, et ad unum* tantum actum sigillatim datur, quo peracto, cessat et transit* concursus, sicut et actio. *n. 479
*n. 198
*n. 100

201 De quo concursu seu auxilio locuti sunt patres Concilii Palæstini¹, quando coegerunt Pelagium ut fateretur gratiam Dei ad singulos actus dari.

202 Si vero loquamur de concursu non efficaci nec ad actum secundum* dato, sed dante seu præbente actum primum, quo aliquis constituatur in actu primo et in virtute ad operandum, talis concursus seu auxilium reducitur ad dispositionem seu habitum, quia idem munus et effectus dispositionis facit, licet statum habitus non habeat, si detur per modum transeuntis et non multum duret.

¹ Cf. Msi IV, 311-320.

ARTICULUS II

DE SUBJECTO HABITUUM

203 I. — Numerat D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50) pro subjecto* habitus seu dispositionis corpus, animæ essentiam, animæ potentias. *n. 95

204 In omnibus istis subjectis, illa est unica conditio requisita ut sit capax* habitus, videlicet, quod habeat indifferentiam consuetudine* aliqua vel actione superabilem, et non puram determinationem naturalem ad unum. *n. 133, 286 *n. 220

205 Non enim dispositione indiget quod de se et natura determinatum est, sicut oculus non habituatur consuetudine ad videndum, nec stomachus ad digerendum, nec ordinatio inter partes poni debet ubi partes non sunt. Ubi autem pluralitas datur, quæ ordinabilis sit, aliqua etiam indifferentia aut indeterminatio inter illa potest intelligi.

★ ★

206 II. — Ex hac conditione **plura excluduntur** a subjecto capaci habitus.

207 Nam in primis, omnes facultates mere naturales, ut vegetivæ et sensus externi*, sunt incapaces habitus, quia neque possunt assuescere, sed totam determinationem a natura habent, non ab habitu. Et licet sensus *n. 268 sq., 314

specie* intentionali indigeant, quæ determinat indifferentiam eorum ad cognoscendum hoc vel illud, tamen deficiunt a ratione habitus, quia [species] ex parte objecti* determinant repræsentando illud, non ex parte subjecti convenienter vel disconvenienter ad ipsum. *n. 124

*n. 124, 212

208 Indifferentia enim subjecti seu virtutis *dupliciter* indiget tolli in potentiis cognoscitivis.

209 *Uno modo*, ex parte objecti, quia, cum notitia pariatur ab objecto et potentia¹, oportet ad determinatam notitiam poni determinatum objectum, et cum hoc uniatur potentia² intentionaliter et mediante quadam similitudine, illa est determinatio potentia² prout ex parte objecti determinari indiget.

210 *Alio modo*, tollitur indifferentia potentia² ex parte ipsius virtutis et rationis agendi, quia scilicet ipsa virtus intelligendi, etiam posita specie, potest alio et alio modo intelligere et actus intelligendi specie diversos elicere, et sic indiget alia qualitate determinante et disponente indifferentiam istam, et proportionante aut facilitante ad speciem talis vel talis actus, et ista qualitas sic determinans et disponens indifferentiam subjecti* dicitur proprie habitus. *n. 256

211 Qualitas vero repræsentative determinans et ex parte objecti seu vice ipsius proprie non disponit potentiam, sed conjungit illi objectum ut ex utroque nascatur notitia, eo quod duplici causa dependet, objecto scilicet et potentia.

¹ Cf. Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In Iam, q. 12, disp. 13, a. 1, n. 9, II (Solesm.), p. 149.

212 III. — Et sicut objectum si per seipsum actuaret potentiam (ut in visione beata actuatur essentia divina) non tamen diceretur dispositio illius, ita species quæ loco objecti* subrogatur non dicitur proprie disponere subjectum in quantum repræsentativa est. *n. 207

213 Et ideo aliqui eam reducunt ad speciem potentia², quia habet se ut complementum illius in ordine ad operandum simpliciter, et non solum ad operandum bene vel male, convenienter vel disconvenienter, demonstrative vel opinative, sed præcise ad intelligendum.

214 Sed tamen sicut objectum ipsum in ratione objecti non reducitur ad genus potentia², ita nec species quæ vices* illius habet. Nec enim species plus activitatis aut virtutis habet quam ipsum objectum cujus vices gerit et quod repræsentat; objectum autem quando influit per se immediate in notitiam, ut in visione* beata essentia divina, et in cognitione sui substantia angeli*, non dicitur influere tamquam potentia, nec reducitur virtus illa ad genus potentia², quin potius condistinguitur concursus objecti a concursu potentia²; unde non repugnat quod substantia per seipsam immediate influat objective seu repræsentative in notitiam, non autem influxus potentia² potest esse immediate a substantia. *n. 212
*n. 212
*n. 45

215 IV. — Quare species intentionalis, *neque* est directe et per se dispositio, *neque* potentia, sed tamen reductive ad utrumque* potest pertinere secundum diversas considerationes, licet simpliciter magis videatur reduci ad speciem dispositionis quam potentia². *n. 124

- 216 Nec est inconueniens quod id quod non habet specificam naturam, nec ponitur in aliqua specie directe sed reductive tantum, reducatur secundum diversas considerationes ad diversas species, quia propter imperfectiorem suam non unam constituit speciem, sed de multis participat, et species intentionalis de se est aliquid imperfectum, quia est quid vicarium et substitutum.
- 217 Reducitur ergo quando ista species est qualitas ad dispositionem* seu habitum duplici ratione: *tum* quia munus ejus est indifferentiam potentiae ad multa et diversa objecta determinare, licet vice objecti id faciat, tamen reuera exercet hoc in subjecto, vere enim talem potentiam determinat. Et ubicumque est determinatio alicujus indifferentiae ad multa, ibi est quasi ordinatio partium, id est, ordinatio inter multa, et haec proprie est dispositio (ut diximus*); *tum* quia generatio et acquisitio habituum intellectualium inchoatur* per ipsas species: ex earum enim lumine et collatione acquirit intellectus lumen habituale coordinativum* specierum secundum demonstrationem vel opinionem, etc.
- 218 Reduci autem potest ad genus potentiae sub alia* consideratione, quatenus reddit ipsam complete potentem cognoscere, non sub hoc vel illo modo convenientis vel disconuenientis ad subjectum, sed absolute et simpliciter erga tale objectum.
- ⊙
- 219 V. — Quare habitus non potest habere pro subjecto id quod ex natura sua indifferens non est sed determinatum, quia sic non habet difficultatem ad actum.

- 220 Cæterum addidimus* quod debet esse indifferentia consuetudine aliqua superabilis, vel actione, id est, non ex ipsa naturae* vi determinanda, vel ex omnimoda et despotica subiectione potentiae inferioris ad superiorem, sed ex aliquo superveniente* et acquisito, vel infuso.
- 221 Si enim aliqua potentia sit potens ad plura, sed habet principium naturale unde determinetur, non indiget habitu, sed ipsa natura vel Auctor naturae sufficit ad illam determinationem, sicut quod arbor producat tot folia vel fructus, in lapidicina vel minerali talis qualitatis metallum, vel talis nitoris gemma in conchylio. Et similiter si ita despotice* est subjecta alterius imperio quod non habet indifferentiam ad resistendum, sed posito imperio naturaliter obedit, non indiget habitu ad obediendum, sed positione imperii qua naturaliter est determinata ad illud, nisi forte impedita sit illa facultas obediua, nam tunc indigebit ablatione impedimenti*, non habitu ex assuefactione generato, siquidem ex natura sufficienter determinatur.
- 222 Et ita in summa, quidquid indifferens est sed a natura ipsa determinari potest, id est, sine assuefactione vel acquisitione aut actione superaddita, habitu non eget, quia habitus ad consuetudinem* pertinet vel ad infusionem.
- * * *
- 223 VI. — EX QUO FIT in potentiis corporalibus transeunter operantibus, et generaliter loquendo in ipso corpore seu membris externis, non dari habitum operativum*, ut docet D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 1).

224 Etenim istæ corporales vires, quæ in membris sunt, nullam habent indifferentiam quæ consuetudine* aut habitu superabilis sit, neque in agendo, quia sunt virtutes determinatæ ad unum, neque in obediendo, sicut virtus motiva, quia despotice* et sine ulla resistentia obedit appetitui vel voluntati; ergo cum omni-
moda determinatione.

*n. 204, 220

*n. 221

* *

225 VII. — **Quod si aliquando** videntur membra habilitari ad aliquid prompte faciendum, sicut in citharædo ad pulsandum citharam, et in saltante ad choream, quia ipsa consuetudine membra habilitantur ad facilius et velocius pulsandum et saltandum, non solum naturaliter, sed artificiose, ita ut pene non attendant, sed tota facilitate* artificiose pulsant, quod non faciunt illi qui exercitati non sunt; ergo aliquo habitu afficiuntur ista membra, *tum* propter facilitatem quam acquirunt, *tum* propter artificium quo id faciunt: nec enim a natura* determinari possunt ad artificiosam pulsationem vel saltationem, sed ab arte.

*n. 228

*n. 220

○

226 VIII. — **Respondetur** istam membrorum agilitatem aut promptitudinem non esse ab aliquo habitu eliciente illam in membris, sed esse ex qualitatibus naturalibus diverso modo immutatis aut dispositis. Sicut etiam in corporibus inanimatis ferrum vel æs ipso attritu politur et melius aliquid operatur, et porta in cardine vel clavis in porta ipso usu perficiuntur magis in suo ministerio, non acquirendo habitum, sed naturalem ipsam qualitatem immutando per aliquam inten-

sionem vel contemperationem, aut ejus impedimenta* tollendo. In hoc enim æquiparantur membra nostri corporis inanimatis corporibus, quod possunt qualitates ipsæ simplices ipso usu et actione sic disponi et immutari ut melius contemperentur vel proportionentur alicui ministerio, sicut possunt intendi aut remitti, indurari vel mollescere, quod totum fit sine habitu superaddito in ipsis corporibus vel in membris nostris.

*n. 221

227 IX. — **Et cum D. Thomas** (Ia-IIæ, q. 50, a. 1) dicit has dispositiones posse esse secundo ab habitu animæ, in quantum corpus disponitur et habilitatur ad serviendum animæ, quia videlicet ipsa assuefactione et exercitio non solum habitus generatur in potentiis animæ, sed etiam actiones corporis exercentur per illos habitus, sicut per artem saltandi vel citharizandi, *ideo hoc est* quia possunt ipsa membra per tales actiones fieri magis flexibilia aut agilia, aut indurari vel mollescere, curvari vel rectificari, et ex hoc melius exercere operationes corporales, non habitu acquisito, sed statu immutato*, vel impedimento aliquo sublato. Et nihilominus etiam ex talibus actionibus potest in nostris corporibus aliquis habitus acquiri non* operativus, sicut aliqua sanitas, ut quando ipsa exercitatione membrum aliquod sanatur, aut melius temperatur.

*n. 226

*n. 223, 242

228 **Quod vero dicitur*** facilitari membra non solum ad naturalem motum sed etiam ad artificialem, ut citharædus habet digitos magis habilitatos ad pulsandum citharam, *respondetur* habere habilitationem illa membra ad motum illum quatenus in sua entitate naturalis et entitativus est, sed quia facta ista habilitatione obedit facilius arti imperanti illum motum, dicitur ille motus artificialis, quod tamen non habet ut procedit

*n. 225

præcise ab illis membris executive, sed ut imperatur et dirigitur ab arte, quæ semper ibi influit quantumcumque velociter illi digiti moveantur, licet cum minori attentione et reflexione id faciat, quando jam exercitatus est.

* * *

- 229 X. — **SECUNDO DEDUCITUR** ex eisdem principiis quomodo possit esse habitus in potentiis sensitivis.
- 230 Quando enim D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 1) dicit non esse habitus operativos in corpore, sumit corpus pro ipsis membris seu organis corporalibus; postea vero (Ia-IIæ, q. 50, a. 3) inquit de potentiis sensitivis. Et in his distinguuntur vires apprehensivæ* et appetitivæ (omittimus vires animæ vegetativas, quia istæ non obediunt rationi nec aliquam indifferentiam* habent, sicut habent sensitivæ). *n. 233, 204, 220, 222
- 231 Possunt autem habere indifferentiam ad multa, vel secundum quod moventur a ratione in nobis, vel secundum quod moventur ex instinctu naturæ in nobis et in brutis*. *n. 239
- 232 Secundum quod moventur a ratione*, capaces sunt habitus, quia habent indifferentiam ad multa, quæ consuetudine* vinci et determinari atque ordinari potest. Et sic ostendemus infra¹ dari* in appetitu sensitivo virtutes* quæ ordinant passiones, ut temperantia et fortitudo. *n. 231, 220, 262, 266

¹ Cf. Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In Ia-IIæ, q. 56, disp. 15, a. 2, VI (Vivès), p. 416-431.

* *

- 233 An vero etiam in apprehensivis* potentiis interioribus* possint dari habitus qui sint virtutes, ibi¹ disquiratur. *n. 230, 418, 274
- 234 XI. — Utrum vero capaces sint alterius* habitus qui virtus non sit, D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 3 ad 3) affirmare videtur*. *n. 235, 237
- 235 Nam quoad habitus ex ratione derivatos et qui solum virtutes sunt, ponit differentiam* inter appetitivas vires et apprehensivas, quod illæ sunt magis capaces habitus quam istæ. Alterius* vero habitus, qui a ratione non sit, videtur non denegare quod capaces illius sint. *n. 230, 234
- 236 Verba D. Thomæ sunt: “Dicendum quod appetitus sensitivus natus est moveri ab appetitu rationali, ut dicitur (*De Anima*, III) ²; sed vires rationales apprehensivæ natæ sunt accipere a viribus sensitivis. Et ideo magis convenit quod habitus sint in viribus sensitivis apprehensivis, cum in viribus sensitivis appetitivis non sint habitus nisi secundum quod operantur ex imperio rationis (loquitur de virtutibus).—Quamvis etiam in ipsis interioribus viribus sensitivis apprehensivis possint poni aliqui habitus, secundum quos homo fit bene memorativus vel cogitativus vel imaginativus; unde etiam Philosophus dicit³ quod consuetudo* multum operatur ad bene memorandum, quia etiam istæ vires moventur ad operandum ex imperio* rationis”. — Ita D. Thomas. *n. 220, 238

¹ Cf. Ia-IIæ, q. 56, a. 5.

² Arist., *De Anima*, III, 2 (434 a 12).

³ *De Mem. et Rem.*, II (452 a 28).

237 Ubi apparet* ipsum non negare viribus apprehensivis omne genus habitus, quatenus possunt habere indifferentiam ad multa, consuetudine* ipsa superabilem, et non instinctu et determinatione naturæ: totum enim quod determinationis naturæ est recedit a determinatione ex habitu, quia habitus supervenit naturæ per consuetudinem, et eam adjuvat ubi natura non potest. *n. 234
*n. 204, 220

238 Et ideo hoc tandem reducit D. Thomas ad imperium* rationis, quia etiam vires apprehensivæ interiores proxime deserviunt rationi et ab ea moventur, et sic habent indifferentiam superabilem non ab instinctu naturæ, sed a ratione et consuetudine. *n. 236

⊙

239 XII. — Quod si inquiras an in brutis* possint veri habitus reperiri, siquidem etiam in ipsis consuetudo* est, respondetur quod bruta possunt dupliciter considerari. *n. 231
*n. 204, 220

240 Uno* modo, secundum se et absolute, et ex vi suæ naturæ et modi proprii operandi. *n. 242 sq.

241 Secundo*, prout subjacent directioni et dominio hominis, cui a Deo subjecta sunt animantia, sicut scriptum est (Ps. 8, 8): *Omnia subiecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi.* *n. 248 sq.

242 Si primo modo considerentur bruta, non sunt capacia habitus operativi seu ordinati et requisiti ad actiones (esto sint capacia* dispositionis seu habitus non operativi, ut sanitatis aut pulchritudinis), quia *n. 227

licet habeant facultates et potentias cum indifferentia* seu potestate ad multa, tamen non accipiunt determinationem totaliter ab aliquo acquisito superveniente* ipsi naturæ et vincente difficultatem atque indifferentiam, sed ex instinctu naturæ et ab Auctore naturæ dato determinantur*: sicut avis naturaliter determinatur ad colligendam paleam pro nido, et ovis ad nutriendum et quærendum agnum quem peperit, et gallina ad congregandum pullos suos. *n. 204, 246
*n. 237, 247
*n. 246

243 Et ex eodem instinctu moventur bruta, et determinantur ad aliquid fugiendum vel prosequendum vel faciendum ex aliqua immutatione æris vel temporis, quod est quasi signum tempestatis vel serenitatis, et hoc totum faciunt bruta ex instinctu naturæ seu ex naturali æstimatione.

244 XIII. — Qui naturalis instinctus seu æstimatio non est aliud quam determinatio iudicii facta non per collationem* et discursum, ita quod ignorent rationem sui iudicii, nec eam reddere possunt, ut docet S. Thomas (*De Ver.*, q. 24, a. 2, et Ia, q. 83, a. 1). *n. 246

245 Unde formatur in brutis instinctus et æstimatio naturalis ex occurso alicujus objecti mediante specie repræsentativa* cum convenientia vel disconvenientia ipsius naturæ animalis, quia ordinatur ad conservationem sui, vel prolis, in qua species seu natura conservatur. *n. 207

246 Et sic determinatur ejus iudicium, quia licet indifferentis* sit ad plures actiones sicut et ad plures species* repræsentativas, tamen iudicium in ipso modo judicandi et procedendi determinationem habet a natu- *n. 242
*n. 251

ra, quatenus in vi talis naturæ est constrictum et obligatum illud iudicium ad iudicandum solum de eo quod in specie sic repræsentativa occurrit ut conveniens vel disconveniens cum ipsa natura: non potest autem per collationem* aut investigationem rei repræsentatæ in speciebus eruere aliquam rationem et motivum se determinandi, sicut homo potest. *n. 244

247 Et sic D. Thomas (*De Ver.*, q. 24, a. 2 ad 7) [docet] quod “In brutis iudicium naturale est determinatum ad hoc quod id quod uno modo proponitur vel occurrit, eodem modo accipiatur vel fugiatur”. Unde illa indifferentia* magis vincitur et superatur ab ipsa natura et propensione ejus quam ex aliquo superveniente naturæ et acquisito per consuetudinem*, et consequenter non sunt capaces habitus, quia determinatio ex habitu contraponitur* determinationi ex instinctu et processu naturæ. *n. 242
*n. 220
*n. 237, 250

248 XIV. — At vero si bruta considerentur **secundo modo**, quatenus ex gubernatione et dominio hominis possunt dirigi et gubernari, sic sunt capacia *alicujus* habitus, licet non perfecti, sed imperfecti, ut docet D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 3 ad 2), quia disponuntur a ratione et gubernatione hominum ad aliquid operandum sic vel aliter, et superatur ac vincitur ipsa naturalis indifferentia aliqua assuefactione*, ita ut etiam immatissimæ bestię mitescant et cicurentur. *n. 241
*n. 251

249 Sed tamen deficit hoc a ratione habitus perfecta, quia talis habitus non subest dominio brutorum, nec utuntur* tali assuefactione cum volunt¹, sed in hoc dependent ab ipso naturæ instinctu et determinatione, *n. 253

¹ Cf. Iam-IIæ, q. 49, a. 3 *Sed Contra*.

quæ uno* modo operatur quoties aliquid uno modo occurrit, nec assuefactio ipsa seu dispositio ex assuefactione relicta formalem modum operandi præbet, quæ natura non habet ex se, sed solum conditionem aliquam ponit ut natura sua determinato modo operetur, ut statim* explicabitur. *n. 247
*n. 251 sq.

250 Sed tamen quantum ista assuefactio involvit et concernit de instinctu naturæ ab eoque dependet, tantum recedit a ratione perfecta habitus, quia semper modus operandi ex habitu contraponitur* modo operandi ex instinctu naturæ: quod enim a natura determinatur, non ab acquisita facilitate et determinatione provenit. Hæc tamen, qualiscumque consuetudo et assuefactio sit, magis invenitur in brutis quando assuefiunt ex hominum directione et gubernatione* quam si inter se solum bruta conveniant et operentur, quia ibi fere totum videtur pertinere ad instinctum, et parum est de consuetudine* determinante, eo quod consuetudo magis, determinat dirigendo quam solum iterando actionem: minus autem dirigit consuetudo brutorum quam hominum. *n. 237, 247
*n. 241, 248
*n. 220

251 XV. — **Si autem quaeras** quid ponit ista assuefactio* in brutis et quam dispositionem relinquit, *aliquidne* præter species* repræsentativas ut iudicium ordinetur, *an* solas ipsas species sine aliquo addito; *an etiam* in ipso appetitu ponit aliquid quod feratur in res propositas per iudicium, *an non*, **respondetur** quod aliqui diversimode sentiunt de ista qualitate. *n. 248
*n. 246

252 *Sunt enim qui* putant qualitatem* istam esse aliquid superveniens* ipsis speciebus, disponens atque ordinans eas: sicque nihil illi deest ad rationem habitus. *n. 251
*n. 237

Et secundum hoc, positis speciebus in apprehensiva bruti, non solum a naturali instinctu et determinatione naturæ movetur animal, sed a directione illius habitus et ex vi consuetudinis. Unde aliqui tantum ponderis huic qualitati attribuunt, quod etiam æqualiter repræsentatis bruto duobus objectis potest in vi hujus qualitatis ex assuefactione relictæ propendere in illam partem ad quam qualitas illa inclinatur.

253 *Alii* existimant non esse qualitatem istam distinctam ab ipsis speciebus in apprehensione bruti, nec superaddi dispositionem dirigentem et ordinantem* illas, sed esse ipsas species consuetudine ipsa magis firmatas et vivacius occurrentes et repræsentantes objecta apprehensioni, qua posita, ex ipso naturæ pondere et instinctu brutum determinatur*, non in vi dispositionis et habitus quo potentia utatur* ad directionem et usum talium specierum. *n. 127 *n. 247 *n. 249

254 XVI. — Hæc* sententia **probabilior** videtur, et conformior modo loquendi D. Thomæ, qui in locis supra* citatis (*De Ver.*, q. 24, a. 2 ad 7) docet bruta habere determinatum iudicium “ad hoc quod id quod uno modo proponitur vel occurrit, eodem modo semper accipiatur vel fugiatur.” — Et (*Ia-IIæ*, q. 50, a. 3 ad 2) dicit dispositionem quæ ex consuetudine ponitur in brutis deficere a ratione habitus “quantum ad usum voluntatis, quia non* habent dominium utendi vel non utendi: quod videtur ad rationem habitus pertinere. Et ideo, proprie loquendo, in eis habitus esse non possunt”. *n. 253 *n. 244 *n. 249

255 Negat ergo D. Thomas illi dispositioni*, quam bruti acquirunt ex consuetudine, propriam* rationem *n. 251 *n. 257

et quidditatem habitus. Et hoc ideo, quia nunquam receditur* perfecte ab instinctu naturæ in movendo et determinando operationes bruti, eo quod in operationibus istis agit semper uno modo. *n. 250

256 Et licet agat cum aliqua ordinatione, ut advertit S. Thomas (*De Ver.*, q. 24, a. 2), quia habet iudicium ordinatum de aliquibus, tamen hæc ordinatio est quia sic proponuntur ei species vel insurgunt passiones ordine illo, et sicut proponuntur, sic iudicium format, et si aliter proponuntur, aliter iudicaret, quod est materialiter et per accidens ordinari iudicium, non ex proprio motu, sed ex instinctu naturæ, quia determinato modo semper operatur, nec indiget determinatione ex parte subjecti*, ut sic dicam, sed ex parte objecti: subjectum enim semper determinatum est ad sic agendum si sic proponatur, et ad agendum et iudicandum aliter si aliter proponatur. *n. 210

257 Cum ergo habitus deserviat ad determinandum operationem, determinatione se tenente ex parte subjecti*, si subjectum determinatum est ex instinctu naturæ ad operandum uno modo posita objecti propositione, non est in tali subjecto habitus, qui proprie* et quidditative habitus sit. *n. 210 *n. 255

258 XVII. — **Quid* ergo est** quod facit assuetudo in brutis et quam dispositionem relinquit, **respondetur** totum quod facit tenere se ex parte objecti* seu specierum, quatenus quasdam species præ aliis tenacius ipsum objectum sæpe occurrens infigit memoriæ, et cum tali propositione quod repræsentent terrorem aliquem aut voluptatem, et sic quoties talis species occurrit, cum jam ex consuetudine ipsa firmiter repræsentetur *n. 251 *n. 256

tale objectum cum tali modo terroris vel voluptatis, necessario et determinate insurgit passio fugiendi vel prosequendi aut operandi, et sic *videntur* ex consuetudine* operari, cum tamen solum operentur ex instinctu et determinatione et firmitate atque ordinatione passiva tantum ex parte specierum*.

*n. 220

*n. 256

259 In nostris autem habitibus, verbi gratia, in scientia, etiam species ordinantur*, sed non *passive* tantum. Datur enim per habitum etiam ipsi subjecto facultas *active* ordinandi, non circa *passive* ordinata ipso impetu naturæ se effundendi.

*n. 217, 305, 871

260 Unde cum canis ordinate saltat*, aut psittacus loquitur humana verba ordinate, non provenit hæc ordinatio ab habitu *active* ordinante, sed ex instinctu naturæ se determinante circa species ordinate introductas aut firmatas, sicut etiam ignis et aqua artificioso modo et ordinate possunt disponi, non aliqua qualitate acquisita in igne qua ordinet se, sed solum propter materiam sic dispositam tali ordine quod ignis serpit per illam et comburit ordine quodam, et similiter quia distribuitur ordine quodam; sed ista ordinatio, tam in ipsis quam in brutis, est ordinatio passiva et ex parte materiæ se tenens, non qualitas ordinans et disponens *active*, quod pertinet ad vim et rationem habitus.

*n. 703

* *

261 XVIII. — De reliquis potentiis sensitivis, constat quomodo sint ponendi in illis vel denegandi habitus.

○

262 Nam in appetitivis, bruta non sunt capacia habitus (homines vero sunt*), quia *in brutis* appetitus soli subjacet imaginationi seu *æstimatoriæ*, nec habet aliud movens, unde si iudicium determinatur ex instinctu naturæ, etiam appetitus regulatus a tali iudicio determinate procedet, et licet habeat indifferentiam et varietatem seu multitudinem actuum ex parte materiæ et rerum quas potest sequi et appetere, tamen ex parte *activæ* determinationis, non ex habitu se determinat, sed ex instinctu naturæ, posito hoc objecto fugit, et posito illo amat.

*n. 232

263 At vero *in nobis**, appetitus habet *æstimatoriam* pro immediato movente, sed rationem pro superiori cui subjacet, nec sine illius permissu potest ultimate exequi, quia sub dominio ejus est, et ideo Scriptura dicit (*Gen. 4, 7*): *Sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius*. Unde ex ipso ordine rationis derivato ad *æstimatoriam* habet appetitus sensitivus moveri et determinari secundum modum rationis, et ex hac parte est capax habitus proprie dicti, quia non agitur nec determinatur solo instinctu naturæ, sed determinatione acquisita, quatenus movet se et determinat *active** ex acquisitis, non ex naturalibus.

*n. 262

*n. 265

264 XIX. — **Nec obstat** quod appetitus sensitivus movetur ex naturali connexionem et qualitatibus alterantibus, modo ad iram, modo ad concupiscentiam, etc. Hoc enim non est per totalem determinationem ex solis istis qualitatibus, sed ita movetur et excitatur seu incitatur ab illis quod potest resistere ex influenza rationis, sicut etiam potest resistere rationi ex impressione corporali istarum qualitatium quibus appetitus incitatur.

- 265 Et sic cum sit potentia quæ ab istis diversis moventibus potest moveri et cuilibet resistere, a neutro plene determinatur, et sic indiget habitu active* determinante ex acquisitis, quod non potest facere ex sola natura. *n. 263
- 266 Nec tamen modo determinamus an isti habitus qui dantur in appetitu sint virtutes*. De hoc enim specialis difficultas est contra Scotum in sequenti disputatione tractanda¹. *n. 232
- 267 Ubi autem maneant isti habitus mortuo homine, dicitur non* manere formaliter, quia subjectantur in corporea potentia quæ perit, sed manent virtualiter, scilicet in ipsa anima separata, quatenus habet in se syndæresim et principia practicæ rationis, quæ sunt semina virtutum, et similiter in memoria manet recordatio eorum quæ facta sunt per opera virtutum, et in voluntate determinatio ad recte eligendum in talibus materiis, vel e contrario si fuerunt habitus vitiosi, et ex talibus principiis, resurgente corpore, facile reintegrantur habitus in appetitu sensitivo. *n. 1149 sq.
-
- 268 XX.— De sensibus exterioribus, jam supra* diximus esse incapaces habitus in ordine ad suas cognitiones, et eadem ratio est de sensu communi. Istæ enim potentiæ sunt omnino determinatæ, quia solum intuitivam notitiam et experimentalem habere possunt. Notitia autem intuitiva de sui natura est ita convincens et determinata quod non requirit aliquo superveniente* *n. 207 sq., 314 *n. 238

¹ Cf. Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 56, disp. 15, a. 2, VI (Vivès), p. 416-431.

- determinari. Et sic potentiæ quæ indifferentiam non habent ad aliquid abstractivum non indigent determinatione superaddita per habitum, quia ex ipsa natura rei determinantur.
- 269 Quod præsertim verum est de notitia intuitiva simplici, nam quæ indiget discursu* aut compositione aliqua vel collatione potest per habitum supervenientem determinari, quia aliqua difficultas est vincenda, quæ totaliter non vincitur per naturam, sed per aliquid acquisitum et superadditum media collatione discursiva vel compositione propositionis. *n. 271
- 270 Et sic videmus per scientiæ habitum determinari intellectum ad evidentem notitiam conclusionis, et per habitum* principiorum ad evidentem notitiam veritatis eorum, sed scientia attingit conclusionem non intuitive immediate, sed per evidentem consequentiam ex principiis, et habitus principiorum mediante compositione terminorum propositiones format et evidenter cognoscit. *n. 297, 327
- 271 XXI.— Potentiæ autem quæ sine discursu* et compositione cognoscunt, *sive* intuitive tantum et in præsentia objectorum, ut sensus exteriores et sensus communis, *sive* comprehensive et quidditative, ut angeli* etiam in absentia objectorum, tales potentiæ habitu acquisito superaddito non indigent, quia determinatæ et convictæ sunt ad talem evidentiam et notitiam. *n. 269 *n. 273
- 272 Unde potentiæ exteriores*, si in se et in ratione potentiæ et in ipso organo non sint impeditæ, statim sine aliquo superaddito acquisito perfecte cognoscunt *n. 268

in sua linea. Quod si impediatur organum, non* *n. 221
habitu tollitur impedimentum, sed curatione.

273 Et intellectus angeli* statim a principio sine aliquo *n. 271,
acquisito superaddito perfecte comprehendunt et intel- 302 sq.
ligunt quidquid ad suam pertinet sphæram.

274 XXII. — At vero si in sensibus externis considere-
mus executionem qua moventur ex imperio voluntatis,
sic non* magis sunt capaces habitus quam alia membra *n. 207 sq.,
corporis, quia despotice* serviunt et obediunt voluntati. *n. 224

* * *

275 XXIII. — **TERTIO COLLIGITUR** quomodo in
ipso corpore, ut distinguitur a potentiis, et in ipsa es-
sentia* et substantia animæ, ut a potentiis distinguitur, *n. 123
possit esse habitus seu dispositio. — Quod aliqui negant
existimantes habitum solum* esse operativum atque *n. 170
adeo in potentiis operativis residere, dummodo habeant
prædictam* conditionem, quod potentiæ habeant ali- *n. 204, 220
quam indifferentiam et difficultatem vincendam per
consuetudinem aut ordinationem.

276 Et refert D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 1) ita
sensisse Alexandrum relatum a Simplicio in *Commento*
*Prædicamentorum*¹.

★ ★

277 Sed hoc expresse est **contra Aristotelem**. In
capite *De Qualitate*² ponit sanitatem in prima specie

¹ *In Cat.*, VIII.

² *Cat.*, VI, 4 (8 b 36).

qualitatis, non tantum ad explicandam hoc exemplo
rationem facile vel difficile mobilis in habitibus (id
enim etiam exemplificat in scientia et virtute, quæ sunt
habitus operativi), sed etiam quia inter species disposi-
tionis eam numerat.

278 Et expressius (*Phys.*, VII)¹ ponit sanitatem et
pulchritudinem inter species habitus.

○

279 XXIV. — Et **ratio** id persuadet, quia per sanita-
tem recte disponi dicimur, sicut male per ægritudinem,
et pulchritudo recte ordinat subjectum ad placendum,
sicut fœditas ad displicendum.

280 Et hoc ideo, quia pertinet ad istas qualitates
ordinationem facere inter plura, quod est proprium
munus qualitatis disponentis (ut supra* diximus); *n. 127 sq.
constat autem quod sanitas ordinat et ad temperamen-
tum reducit inæqualitates plurium humorum, pulchri-
tudo proportionem partium cum suavitate coloris
facit; ergo qualitas sic ordinans et commensurans plura
dispositiva est juxta definitionem dispositionis, quod
est* ordo habentis partes. *n. 127, 129

281 Denique, essentia animæ, ut distinguitur a poten-
tiis, est capax habitus, nempe gratiæ*, in opinione² *n. 123
quæ distinguit illam a charitate, quæ communior est
inter theologos³, et dicitur gratia disponere et ordinare

¹ *Phys.*, VII, 3 (246 b 4).

² Cf. IIam-IIæ, q. 23, a. 2. — Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In Iam-
IIæ, q. 110, disp. 22, a. 2.

³ Cf. In I *Sent.*, dist. 17; In IIam-IIæ, q. 23, a. 2.

radicaliter, quatenus afficit* et elevat animam tamquam principium et radix ordinandi omnes affectiones animæ in esse supernaturali. Ergo non solæ potentiæ operativæ, sed etiam ipsa substantia est capax habitus. *n. 287

* * *

282 **XXV. — QUARTO COLLIGITUR** omnes potentias* rationales elicitivas actuum immanentium esse capaces habituum, ut intellectus et voluntas, quia habitus erunt operativi, quia disponunt et ordinant potentiam ad operandum. *n. 131

283 Etenim in his maxime potentiis reperitur indifferentia* ad plures et diversos actus, et difficultas vincenda aliqua consuetudine vel principio extrinseco elevante, et consuetudo facit habitum acquisitum, elevatio* supernaturalis infusum. *n. 204, 220
*n. 289

★ ★

284 Quod istæ potentiæ sint capaces habitus, constat experientia, et ratione in acquisitis, theologica autem ratione in infusis.

⊙

285 **Experientia est**, quia videmus homines addiscere scientias et proficere in virtutibus per consuetudinem et repetitos actus, vel e contrario proficere in pejus per vitia vel per errores; virtutes autem et scientiæ pertinent ad partem animæ rationalem; ergo potentiæ illæ rationales maxime sunt capaces habitus.

286 **Ratio* vero est**, quia istæ potentiæ habent indifferentiam, indeterminationem atque difficultatem vincen-

dam per consuetudinem* et usum, indigentque ordinari circa ista multa ad quæ indifferentiam habent et in unitatem reduci ut facilius et melius operentur; ergo sunt capaces habitus. Tota enim ratio* et necessitas ponendi habitus ista est, ut vincatur difficultas et tollatur indeterminationem, quam indeterminationem dari satis constat ex indifferentia in iudicando quoad intellectum, et indifferentia libertatis* in voluntate, quæ indifferentia non per naturæ instinctum et determinationem tollitur, sed per usum et activitatem et industriam. *n. 220
*n. 204,
427 sq.,
473 sq.
*n. 300,
1073 sq.

⊙

287 **XXVI. — Ratio vero theologica*** vera est, quia homo est particeps actuum supernaturalium, et ad illum ordinem elevabilis est; ergo necesse est aliquo principio elevante et proportionante potentiam ad actus illius superioris ordinis affici* et perfici ut illos eliciat. Quomodo enim potest naturalis potentiæ solis suis viribus sufficere ad ea quæ sunt supra se? *n. 284
*n. 281

288 Ergo indiget sibi superaddi principium aliquod quo sic proportionetur ad agendum, et hoc non potest esse ipsemet actus supernaturalis, sed aliquid anterius quod sit principium illius, quia datur illa elevatio ad talem actum eliciendum, et sic supponit aliquid quo proportionetur* potentia ad illum. *n. 406, 524

289 Ergo illud se habet per modum actus primi, utpote ordinans potentiam ad secundum; et non* est actus primus tamquam potentia animæ: *tum* quia potentia est naturalis, utpote proprietas animæ; *tum* quia potentia est indifferens ad naturales et supernaturales actus, ad bonos vel malos, ille vero actus primus *n. 170

determinat indifferentiam* illam et disponit ad supernaturales et bonos actus, et vincit difficultatem ad illos elevando* potentiam; ergo est habitus. *n. 204, 286
*n. 283

290 Qua ratione in Clementina *Ad nostrum*¹ probatur indigere animas lumine elevante ad videndum Deum, quæ utique elevatio ad visionem lumen est, et actus primus tamquam dispositio et habitus ad actum secundum qui est visio.

* * *

291 XXVII. — **ULTIMO COLLIGITUR** quomodo in angelis sint ponendi vel negandi habitus.

292 *Negat* illos D. Thomas in ordine ad actus naturales et proportionatos, loquendo proprie de habitibus, *concedit* vero in ordine ad actus supernaturales, ut deducitur ex hac quæstione (Ia-IIæ, q. 50, a. 6).

* *

293 Et in hac parte diversi auctores non eodem modo sentiunt.

294 Nam in ponendis habitibus supernaturalibus elevativis omnes conveniunt, cum constet angelum esse capacem gratiæ, quæ ejusdem rationis est cum nostra, et similiter gloriæ: in gloria enim et in supernaturali participatione Dei promittitur æqualitas hominibus cum angelis (*Mat.* 22, 30 et *Marc.* 12, 25), et mensura hominis qua mensuratur cælestis Jerusalem est etiam

¹ C. 3, de hæreticis, V, 3, in Clem., RF II, 1183.

mensura angeli, ut dicitur (*Apoc.* 21, 17). In nobis autem principia elevativa* ad operationes supernaturales sunt habitus, ut gratia, et virtutes, et lumen gloriæ; ergo et in angelis. *n. 283

295 Est enim eadem ratio, quia angelus non* habet proportionatam et determinatam virtutem et potentiam ad actiones supernaturales, sed solum obedientialem; quæ omnino indifferens et improportionata est ad tales actus, siquidem ex gratia Dei et non ex natura habent merita et gloriam, et ideo indigent non solum facilitari, sed elevari ad illos sicut et nos; ergo oportet ponere in eis habitus sicut in nobis, quia facilitas illa quam habent angeli est elevativa, et ejusdem rationis sicut nostra ad supernaturalia. — In hoc omnes **conveniunt**. *n. 315

⊙

296 XXVIII. — **Dissident** autem in his quæ pertinent ad naturalem ordinem, *an* pro illis habitus habeant superadditos speciebus, et facilitantes ac determinantes ex parte subjecti* ad eliciendum actus, non præcise repræsentantes sicut species. *n. 208 sq.

297 Et *aliqui* dicunt angelum etiam esse capacem habitus quoad naturalem et certam atque evidentem cognitionem, sicut nos* sumus capaces habitus quoad prima principia, etiamsi evidenter et sine discursu cognoscantur; ergo eodem modo angelus erit capax habitus quoad cognitionem naturalem evidentem. — Quæ sententia attribuitur Molinæ¹ et Zumel².

¹ In Iam, q. 58, a. 1, concl. 6.

² In Iam, q. 58, a. 1.

- 298 *Alii* sentiunt non indigere habitu angelum quoad veritates evidentes et conclusiones ex illis proxime deducibiles, bene tamen quoad eas quæ sunt multum remotæ, et ideo [quoad] difficultatem ad quam patiuntur in deductione ex illis.
- 299 *Alii* respectu omnis cognitionis evidentis naturalis negant angelis habitus, bene tamen respectu cognitionis conjecturalis* opinativæ, assensus† credendi, quia ad hæc omnia suam difficultatem sentire potest intellectus et indifferentiam* habet et indeterminationem, potestque consuetudine* vinci. — Ita sentit Gregorius Martinez¹, et citat Bagnez² et Suarez³.
- 300 De habitibus virtutum moralium, quæ pertinent ad voluntatem*, facilius intelligitur eos poni in angelis propter indifferentiam et contingentiam libertatis* in operando. Et ideo magis* indiget determinari per habitum.
- 301 *Alii* denique generaliter negant angelis habitus intellectuales, ut Cajetanus⁴, quamvis quoad voluntatem habitus concedat.

★ ★

- 302 XXIX. — Et hæc **ultima sententia** sine dubio videtur D. Thomæ, qui respectu naturalis cognitionis docet angelum non esse in potentia, sicut intellectus

¹ In Iam-IIæ, q. 50, a. 6.

² In Iam, q. 58, a. 1.

³ *Metaph.*, disp. 35, sect. 4, n. 23-24, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 465.

⁴ In Iam-IIæ, q. 50, a. 6.

- noster est in potentia ad scientiam antequam addiscat, id est, ad ipsam scientiam in actu primo, sed solum est in potentia ad considerationem actualem. Intellectus autem qui non est in potentia ad aliquid, sed actuatus et determinatus* ad illud, non est capax habitus. *n. 204
- 303 Id autem docet S. Thomas (Ia, q. 58, a. 1 et *De Malo*, q. 16, a. 5).
- 304 Et in hac quæstione (Ia-IIæ, q. 50, a. 6) docens quod in quantum invenitur in angelis de potentia in tantum potest in eis habitus inveniri, subdit quod "habitus intellectualis substantiæ non sunt similes his qui sunt hic habitibus, sed magis sunt similes immaterialibus et simplicibus speciebus quas continet in seipsa". Quos habitus postea explicans solum concedit in intellectu et voluntate angeli habitus ad attingendum Deum, qui utique sunt habitus supernaturales, quibus scilicet Deo conformatur, ut ibi dicit S. Thomas, nam ad attingendum Deum naturaliter, cum attingat illum secundum modum suæ substantiæ, jam ad hoc negaverat¹ D. Thomas habitum* in angelis. *n. 45
- 305 Itaque qui sentiunt angelum discurrere et componere saltem circa aliqua objecta, ponent* etiam habitum ordinativum* specierum et conceptuum quoad illas veritates; qui vero omnem discursum et compositionem negant angelo, omnem habitum ordinativum specierum negant* illi, et solum elevativum et supernaturalem intellectum ponunt, quia ad alia munera non est difficultas in intellectu angeli vincenda per habitum. *n. 298 *n. 259 *n. 307
- ¹ Cf. Iam, q. 58, a. 1.



- 306 **XXX. — Ratio autem est,** quia circa objecta naturalis ordinis et sibi proportionata, angelus habet naturale lumen suæ potentiae, et ipsas species ita perfectas et in actu quod comprehensive* procedit a quocumque objecto suæ sphaeræ et sibi proportionato; ergo non indiget aliqua qualitate ordinante* et disponente species ut debite et ordinate cognoscat, quæ est habitus, nec aliquo acquisito quo lumen ejus actuatur et acuatur* per rectam dispositionem et ordinationem ad facilius cognoscendum. Hoc est munus et officium habitus; ergo non indiget, imo non est capax habitus ejusdem rationis et modi qui in nobis invenitur.
- 307 **Antecedens est certum,** quia lumen angelicum est excedens* lumen humanum in hoc quod intellectus humanus discursivus est et compositivus, angelicus vero non, sed est lumen comprensivum; ergo ex se et ante omnem habitum exigit species sic vivaciter et perfecte repræsentantes quod potentia illis actuata possit simplici intuitu penetrare comprensive omnes veritates, quæ ex talibus principiis sunt deducibiles et in eis continentur; sed hoc ipso quod repræsentantur omnes veritates deducibiles ex aliquo principio per simplex lumen comprensivum, non* indiget habitu aliquo componente et ordinante illas species ad cognoscendum tales veritates; ergo non indiget tali habitu scientiæ vel principiorum, aut aliquo alio tali quali apud nos datur seu ejusdem speciei cum nostro.
- 308 **Patet consequentia,** quia habitus intellectuales, qui apud nos sunt, ad hoc deserviunt ut ordinent* et disponent species* taliter quod ex illa ordinatione resultat

*n. 273

*n. 127 sq.

*n. 429

*n. 329

*n. 305

*n. 259

*n. 217, 634

lumen rectæ dispositionis circa intelligentiam illarum veritatum. Quia enim intellectus sentit magnam difficultatem in ordinandis* debite et recte speciebus et consequenter multam indeterminationem et indifferentiam* ad cognoscendam veritatem, indiget habitu seu dispositione ordinante et determinante ut veritas determinata cognoscatur, et sic vincatur illa difficultas et indeterminatione quam habet intellectus de se. Ergo ille intellectus, qui caret tali difficultate et indeterminatione, sed de se habet vim comprensivam veritatum ad suam sphaeram* pertinentium et species conformes huic virtuti in repræsentando, et sic ante omnem ordinationem et dispositionem factam per habitum, comprensive per illas cognoscat; ergo non* indiget habitu, sicut nos ad ordinandum* species.

*n. 319, 634

*n. 204, 286

*n. 273

*n. 311

*n. 259



- 309 **XXXI. — Dices:** Non indiget angelus habitu ad hoc munus, indigebit tamen ad aliud, scilicet ad determinandum intellectum ut intelligat sic determinate circa tale objectum, alias probaret argumentum, quod angelus non habet habitus supernaturales et dona Spiritus Sancti pertinentia ad intellectum, ut sapientiam et scientiam, quia etiam illi habitus non ordinant species in angelo, sicut in nobis.
- 310 **XXXII. — Respondetur** habitum in intellectu non habere aliud munus quam *vel* ordinare et disponere indeterminationem, vel indifferentiam et difficultatem vincere, *aut* elevare ad id quod excedit proportionem propriæ et naturalis virtutis, quia ad hoc indeterminationem et indifferentiam habet potentia.

- 311 In ordine autem ad veritates ordinis naturalis non* ^{n. 308} indiget angelus habitu ordinante species, quia illæ omnem ordinationem et connexionem veritatum manifestant simplici intuitu, et si quid non manifestant, quia non est debitum ei, id intelligere possunt ex altero angelo loquente vel ex illuminatione superiorum, quatenus per species suas cognoscunt conceptum superioris angeli sibi revelantis, in quo relucent objecta illa perfectius et lucidius repræsentata, quæ ex vi proprii luminis et specierum solum in confuso et minus particulariter repræsentabantur.
- 312 Qua ratione species infusæ Christo Domino, licet sint magis particulares et multiplicatæ, tamen excedunt¹ species angelorum, quia lucidiores sunt quantum ad hoc quod magis distincte, particulariter et minutatim omnia etiam supernaturalia repræsentant et omnes rationes rerum latentiores.
- 313 XXXIII. — Et sic angeli non indigent habitu disponente et ordinante* aut determinante species, ^{n. 259} quia ad id quod *sibi* debetur ex vi proprii luminis omnino determinate et comprehensive se habent. At id vero quod est *supra se* vel sibi non debetur, ex lumine infuso supernaturali (quod admittimus), vel ex illuminatione simplici superiorum, quæ fit per repræsentationem conceptus superioris*, perficiuntur. ^{n. 311, 323}
- 314 Similiter potentia ipsa angeli positæ istis speciebus non requirit determinari per lumen habituale, quia habet vim omnino proportionatam et perfectam, et non indifferentem* vel indeterminatam ad eliciendum ^{n. 204, 286}

¹ Cf. IIIam, q. 11, a. 6 ad 1.

- actum comprehensivum eorum quæ per species repræsentantur, sicut externi* sensus posita specie habent vim ad intuitive cognoscendum sine alia vi habituali superaddita, quod non habet intellectus noster propter confusionem et indeterminationem suam. ^{n. 207 sq., 268 sq.}
- 315 Secus* est in ordine ad supernaturalia, quia ad ^{n. 295} hæc est potentia angeli improportionata et indifferens et difficilis, et consequenter indiget principio habituali elevante* et proportionante et vincente difficultatem, ^{n. 283, 294} et si ille habitus supernaturalis utatur speciebus ordinis naturalis, indiget illas ordinare et lumine supernaturali disponere, et ad totum hoc indiget* habitu, sicut etiam, ^{n. 309} quando a superioribus illuminantur inferiores de veritatibus supernaturalibus, indigent species inferiorum sic disponi lumine illo infuso existente in intellectu angeli inferioris, ut possit attendere ad conceptum angeli superioris loquentis et illuminantis, ut juxta illum conceptum conformetur repræsentatio istarum specierum in ordine supernaturali.
- 316 XXXIV. — **An vero idem dicendum** sit de habitu theologiæ, *an* ponendus sit in angelis ad intelligendum veritates ex fide et naturali ratione deducibiles.
- 317 XXXV. — **Respondetur** non poni, quia manifestatis veritatibus fidei, hoc ipso ex lumine comprehensivo* potentiæ penetrat omnem connexionem quam ^{n. 314} habet res naturalis cum illa veritate.
- 318 Et hoc ideo, quia habitus fidei in angelo non operatur nisi cum potentia naturali sic comprehendente et speciebus naturalibus sic repræsentantibus rem naturalem comprehensive. Unde mysterium fidei tali-

bus speciebus representatum et tali potentiæ, ipsa vi specierum et luminis potentiæ penetrat omnem connexionem cum tali veritate sine nova collatione vel discursu; ergo non indiget habitu ponente et acquirente novum lumen ad cognoscendas tales connexiones.

- 319 Secus est in nobis, qui elicimus novum lumen ordinativum* et dispositivum specierum, ubi est nova collatio et illatio veritatum. *n. 259, 308

★ ★

- 320 XXXVI. — Quod attinet ad cognitionem conjecturalem* et opinativam in angelo, **dicimus** non indigere habitu si sit circa pure naturalia, etiam circa cogitationes cordis; secus est in fide supernaturali, quæ dat elevationem* ad actum supernaturalem. *n. 299
*n. 326

- 321 **Declaratur sic**, quia angelus in virtute luminis comprehensivi* et specierum illi conformium habet simplici intuitu* penetrare omnes connexiones necessarias veritatum contentarum in illis principiis sine aliqua difficultate; ergo etiam sine eadem penetrabit omnes connexiones probabiles et contingentes sub eadem linea et habitudine probabilitatis absque aliqua difficultate. *n. 314
*n. 269, 271

- 322 *Consequentia patet*, quia quidquid nos discursu possumus ex rebus naturalibus et principiis elicere, angelus per comprehensionem et sine discursu attingit; sed nos ex principiis naturalibus attingimus per discursum connexiones probabiles et contingentes; ergo angelus comprehensive et sine discursu.

- 323 Item, quia res illæ et principia quæ penetrat angelus vere in se habent illam connexionem contingentem et probabilem cum illis conclusionibus, et non majorem. Ergo angelus comprehendens talem rem et tale principium simplici intuitu attingit quod habet connexionem probabilem et contingentem cum tali re seu conclusione. Ergo non magis indiget habitu ad penetrandas istas connexiones probabiles opinative quam ad necessarias evidenter: ad utramque enim sufficit lumen comprehensivum, quod in ipsa veritate cognita, eadem vi et simplici intuitu penetrat omnia quæ in illa sunt, unumquodque juxta modum suum, sive quoad connexiones intrinsecas et necessarias, sive quoad extrinsecas et contingentes vel probabiles, respectu quorum manet angelus sine evidentia quoadusque per illuminationem superioris* resolvatur. *n. 311, 313

○

- 324 XXXVII. — Quod vero attinet ad fidem* ordinis naturalis (nam de supernaturali certum* est in angelo esse habitum infusum), **dicimus** posse considerari fidem, **aut** ex parte piæ affectionis in voluntate, quatenus inclinatur¹ ad personam dicentem vel ad ejus dicta, **aut** ex parte assensus intellectus, quatenus in vi auctoritatis dicentis movetur intellectus ad assentiendum huic parti. *n. 299
*n. 294 sq.

- 325 **Quoad primum**, poni potest habitus in voluntate angeli, sicut ponuntur aliæ virtutes (ut statim* dicemus). Sicut enim datur inter virtutes amicitia *n. 332

¹ Cf. Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In IIam-IIæ, *De Fide*, disp. 3, a. 3, n. 8.—D. Thomam, IIa-IIæ, q. 11, a. 1.

qua quis afficitur erga alterum, et observantia qua reveretur auctoritatem alterius, ita et pia affectio potest nasci ex istis habitibus, quatenus aliquis afficitur ad personam per amicitiam, aut æstimat et veneratur auctoritatem ejus per observantiam. Et pia affectio non amplius importat quam aliquid istorum, scilicet vel amicabilem affectum, vel venerationem ad personam et amorem ad id quod dicit vel promittit.

- 326 XXXVIII. — **Quoad secundum* vero**, non apparet quod ad eliciendum assensum fidei naturalis sit necessarius habitus superadditus in angelo, quia, sicut potentia cum speciebus superadditis ita penetrat veritates necessarias quod etiam* attingit probabiles, sic etiam sine habitu superaddito potest per easdem species attingere auctoritatem dicentis quanta sit et quam veridica in aliis dictis, et rem ipsam an sit credibilis, vel creditu indigna. Non requiritur autem amplius ex parte intellectus ad eliciendum assensum fidei, nisi assensus ipse supernaturalis sit et excedat proportionem luminis naturalis: sic enim requirit* habitum elevativum; ergo ex parte intellectus non* indiget angelus habitu ad credere, sicut nec ad opinari intra limites naturalis ordinis.
-

- 327 **Ad id quod superius*** positum est de nostro intellectu, qui indiget habitu superaddito etiam ad prima principia quæ sine discursu evidenter cognoscuntur, **respondetur** aliquos* sentire non esse necessarium habitum superadditum potentiæ ad assentiendum primis principiis, sed posita repræsentatione terminorum per se ipsam determinari potentiam ad eliciendum assensum circa illa.

- 328 Oppositum tamen verius est (ut sequenti disputatione dicemus¹).
- 329 Et ideo ponimus differentiam* inter nostrum intellectum et angelicum, quod noster intellectus etiam ad prima principia indiget speciebus acquisitis et collatis inter se non per discursum, quia principia quantum talia non cognoscuntur ut veritates deducibiles per discursum, sed ex terminis, ut tamen coaptatis per compositionem aut divisionem, quæ est secunda operatio, et inde resultat determinatio intellectus ad assentiendum sine discursu illis veritatibus ex sola connexionione extremorum.
- 330 Quia ergo intellectus noster non habet vim comprehensivam simplicem, ita quod in unico intuitu simplicis objecti et repræsentationis ejus totum comprehendat quod ad illam rem pertineat, sed ex se est in pura potentia et indifferentia intellectualitatis, solum vero per collationem et comparisonem terminorum excitatur et determinatur illud lumen, ideo indiget aliquo habitu seu dispositione ordinante et determinante illam indifferentiam* et vincente illam difficultatem puræ indeterminationis seu puræ potentialitatis ut in aliquem actum determinare possit, quod tamen parvæ difficultatis est respectu primorum principiorum, licet aliqualis difficultas sit.
- 331 Nulla autem difficultas est in angelis, qui talem potentialitatem et indeterminationem in intellectu non habent, et ideo non indigent habitu, sicut noster intellectus.

¹ Cf. Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 57, disp. 16, a. 1, n. 11-20, VI (Vivès), p. 439-443.



- 332 XXXIX. — **Quod vero attinet ad voluntatem*** *n. 300
 angeli, an habitus virtutum* habeat respectu natura- *n. 325
 lium objectorum (de supernaturalibus enim jam* dixi- *n. 294 sq.
 mus), D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 6) æque* loqui *n. 349
 videtur de intellectu et voluntate, ponitque indigere
 habitibus utramque potentiam ad attingendum Deum,
 pro reliquis autem objectis naturalibus non ponit.
- 333 Certe in voluntate propter omnimodam ejus con-
 tingentiam et indifferentiam* libertatis, etiam quoad *n. 1074 sq.
 specificationem, tam circa bonum quam circa malum,
 quæ utique determinanda et vincenda est per actum
 electionis angeli, pronum videtur* in eis ponere habitus *n. 300
 virtutum moralium, quod non facimus in intellectu,
 quia habet lumen plenum et determinatum, non indif-
 ferens et confusum, quod per habitus determinetur.
- 334 Sed tamen istas virtutes ponimus in angelis cum
duplici conditione.
- 335 *Prima*, quod si acquiruntur, unico* perfecto actu *n. 999 sq.
 acquiruntur* quo angelus perfectam electionem facit, *n. 341 sq.
 quia tunc vincit totam indifferentiam potentiæ, ita
 quod non potest retrocedere, sed inflexibilis manet,
 secundum sententiam D. Thomæ quam explicavimus¹.
 Ergo si manet inflexibilis illo actu, manet perfecte
 habituatus.
- 336 XL. — *Secunda* est, quod isti habitus non ponantur
 in angelis erga præcepta pure naturalia, sed erga præcep-
 ta positiva, quæ in materia obedientiæ vel circa objecta

¹ *Curs. Theol.*, In Iam, q. 64, disp. 24, a. 2, n. 8-37, IV (Vivès), p. 988-1010.

- spiritualia possunt occurrere aut sibi imponi a Deo.
 Et ideo si virtutes moralès habent, illæ perpaucæ sunt,
 et multis carent quas nos habemus, sicut omnibus quæ
 versantur circa passiones et circa objecta corporalia.
- 337 Circa objecta vero spiritualia angelus peccare non
 potest in his quæ pure sunt juris naturalis primo et
 per se, sed peccatum semper debet incipere contra
 aliquod objectum supernaturale, vel contra positum
 aliquod præceptum superadditum, quod utique potest
 Deus superaddere in statu puræ naturæ non elevato ad
 gratiam.
- 338 Potest tamen ex peccato contra supernaturalia,
 vel contra jus positivum*, etiam contra naturalia ex *n. 349
 consequenti peccare, quia naturalia debent superna-
 turalibus subjici.
- 339 Quod autem directe et per se primo peccare non
 possit angelus contra id quod est juris naturalis, osten-
 dimus¹ ex D. Thoma, eo quod angelus in naturalibus
 non potest pati deceptionem.
- 340 XLI. — Cæterum cum angelus connaturaliter pe-
 tat creari in beatitudine naturali, sicut de facto creatus
 est in gratia*, et illa naturalis beatitudo nec est sine *n. 346
 plenitudine scientiæ in intellectu, nec sine plena recti-
 ficatione in voluntate, si teneamus dari in angelis
 habitus morales ordinis naturalis, *vel* debent infundi a
 Deo in ipsa creatione, sicut infusa est gratia, ut
 eliceret in primo instanti actus meritorios, *vel* si illæ
 virtutes sunt acquisitæ, taliter ponendæ sunt quod in
 primo* instanti habuit angelus (etiam in puris naturali- *n. 347

¹ *Curs. Theol.*, In Iam, q. 63, disp. 23, a. 1, n. 15-21, IV (Vivès), p. 880-886.

bus) actum efficacem dilectionis Dei auctoris naturæ et electionis circa quodcumque bonum et adimpletionis cujuscumque præcepti positivi, si sibi ponatur, et naturalis.

- 341 Et tali actu* dispositio seu habitus ille moralis *n. 335
genitus est, sed non omnino perfecte* et firmiter usque *n. 346
ad secundum instans in quo perfecte elegit et movit se
deliberatione plena, per quam firmatus est in bono vel
in malo, ut diximus tractando¹ de obstinatione dæmo-
num.
- 342 Et tunc si male* eligit et peccat, dissolvit virtutem *n. 346
quæ primo actu in primo instanti erat acquisita, licet
nondum perfecta, et introducit habitualement obstina-
tionem in malitia, quæ utique cum ita firma fit est
habitus vitiosus.
- 343 Et ex hoc fit argumentum validum ad probandum
voluntatem angeli esse capacem* habituum, quia est *n. 300,333
capax vitii, est enim capax firmæ obstinationis in malo,
ut patet in dæmonibus; quod cum non sit in eis natu-
rale, utique erit acquisitum, et sic est aliqua dispositio
habitualis.
- 344 Et eadem ratione intellectus practicus est capax
habitus vitiosi, id est, imprudentiæ, sed hoc non con-
venit intellectui absolute, ut speculativus est, sed ut
motus a voluntate morali. Prudentia* enim et impru-
dentia non sunt in intellectu nisi ut moto a voluntate
intendente moraliter, a qua habent* efficaciam imperan- *n. 351
di, ut infra² dicitur. Nos autem solum negavimus* *n. 724
*n. 302 sq.

¹ *Curs. Theol.*, In Iam, q. 64, disp. 24, a. 2, n. 8-37, IV (Vivès), p. 988-1010.

² *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 65, disp. 17, a. 2, n. 9-33, VI (Vivès), p. 533-542.

habitu in intellectu ut præcise cognoscitivus est, non
ut motus a voluntate.

- 345 **Nec obstat** quod etiam fides est in intellectu ut
moto a voluntate per piam affectionem, et tamen non* *n. 326
ponimus in angelo habitum fidei, — **respondetur** enim
quod fides est in intellectu speculativo directe et per se,
cum versetur circa veritatem credibilium, non circa
bonitatem moralem regulandam, ut prudentia. Et
sic motio piæ affectionis* disponit intellectum ut assen- *n. 325
tiat sine evidentia, non tamen ut moralem regulationem
formet, sicut prudentia.
- 346 **XLII.** — Si vero angelus in illo instanti plenæ
deliberationis recte* eligit, firmatur in bono, et conse- *n. 342
quenter in beatitudine naturali quam in primo instanti
habebat solum in statu imperfecto*, sicut modo firmatus *n. 341
est in bono supernaturali ex gratia quam habuit, quia
non est creatus in puris naturalibus, sed in gratia*. *n. 340
- 347 Et per hunc modum potest defendi quod angelus
habet virtutes morales acquisitas in primo* instanti *n. 340
inchoatas, deinde plena deliberatione firmatas si per-
severant, vel ablatas si peccant; et quod habent beati-
tudinem naturalem ab initio, in primo instanti nondum
perfectam, postea firmatam; et quod non manent
virtutes morales in dæmonibus.
- 348 Sed tunc etiam dicendum est quod non habuit
beatitudinem naturalem perfecte in primo instanti,
sed deinceps cum firmatus est in bono, quia beatitudo
naturalis perfecta sine perfectis virtutibus non* est. *n. 340
Solum ergo habuit illam inchoate in primo instanti
creationis, et in continuatione ejusdem (si non pecca-
vit, et divisit instans) firmiter et perfecte habuit eam.

- 349 XLIII. — Quando autem D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 6) æqualiter* loquitur de intellectu et voluntate angeli quoad indigentiam habituum, nempe quod habent illos solum in ordine ad attingendum Deum, cum non loquatur expresse et determinate de sola attingentia Dei in ordine et linea supernaturali, sed absolute in ordine ad Deum, recte potest intelligi de attingendo Deum, etiam in ordine naturali, secundum speciale aliquod præceptum positivum*, et non solum secundum præcepta mere naturalia seu juris naturalis. *n. 332
- 350 Itaque habitibus indiget* voluntas angeli ut versetur circa materiam moralem, ubicumque inveniatur in illa specialis ordo ad Deum, sive ut præcipientem speciali præcepto positivo, sive elevantem ad ordinem et finem supernaturalem talem materiam. Ad attingendum vero ipsam moralem materiam secundum generalia præcepta juris naturalis, sicut primo et directe non* potest angelus deficere directe et per se primo, sed est voluntas sufficienter determinata ad illa, ita non indiget habitu ad talem specificam determinationem: licet enim in exercitio quoad hunc vel illum actum sit libera voluntas, habitus tamen non* datur ad determinationem in exercitio, sed in specie*, quia ad plures actus datur. *n. 333, 343
- 351 Et eodem modo erit capax intellectus habitus practici, id est, prudentiæ: hæc enim virtus moralis est, licet subjectetur in intellectu, quia est in illo non absolute, sed prout moto* et dependente a voluntate morali recte intendente. *n. 339
- *n. 199 sq.
*n. 545
- *n. 344

ARTICULUS III

*ESSE DIFFICILE MOBILE EST DIFFERENTIA
ESSENTIALIS HABITUS RESPECTU
DISPOSITIONIS*

- 352 I. — De hoc* puncto egimus in *Logica*¹, ubi ostendimus ex sententia D. Thomæ quod difficile mobile est essentialis differentia in habitibus respectu dispositionis, et consequenter illas duas primas species qualitatis essentialiter differre*, scilicet dispositionem et habitum. *n. 96
- * *
- 353 Quæ doctrina difficilis visa est multis recentioribus, ut Vazquez², et aliis qui eum sequuntur. *n. 103
- 354 Suarez³ vero distinguit de habitu et dispositione, quod *si* nomine dispositionis intelligamus actum secundum et nomine habitus actum primum, distinguuntur specie actus et habitus, ut patet ex diverso munere quod uterque præstat, scilicet esse principium agendi, vel actionem ipsam seu ipsum operari. *Si vero* tam nomine dispositionis quam habitus intelligatur aliquid pertinens ad actum primum*, id est, ad ipsum principium operationis, non* differunt essentialiter dispositio et habitus, sed sunt eadem entitas secundum imperfectum vel perfectum statum. *n. 358
- *n. 984, 1053

¹ *Curs. Phil.*, Log., II P., q. 18, a. 3, I (Reiser), p. 614-617.

² In *Iam-IIæ*, q. 49, disp. 78, cap. 3.

³ *Metaph.*, disp. 42, sect. 6, n. 15-18, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 630-632.

- 355 Qua ratione S. Thomas (*De Malo*, q. 7, a. 2 ad 4) docuit expresse quod “difficile mobile non* est differentia constitutiva habitus: nec enim dispositio et habitus sunt diversæ species, alioquin non posset una et eadem qualitas quæ prius fuit dispositio, postea fieri habitus. Sed facile mobile et difficile mobile se habent sicut perfectum et imperfectum* circa eamdem rem”. Quid clarius? *n. 357

* *

- 356 II. — NIHILOMINUS sententiam suam plenius resolvit S. Thomas (Ia-IIæ, q. 49, a. 2 ad 3) explicuitque amplius quo sensu locutus fuerit (*De Malo*, q. 7, a. 2 ad 4), ibi enim secundum utramque opinionem locutus est, quia post verba superius* relata subdit: “Dato autem quod difficile mobile esset differentia constitutiva, adhuc ratio non sequeretur, etc.” Unde patet quod D. Thomas noluit ibi tractare difficultatem istam ex professo, sed solum in omni opinione respondere argumento. *n. 355

- 357 Tractavit autem illam in præsentī quæstione (Ia-IIæ, q. 49, a. 2 ad 3), et ostendit quo sensu possit difficile mobile esse differentia per se constitutiva habitus, et quo sensu non*, dum inquit quod “dispositio proprie dicta potest intelligi condividi contra habitum dupliciter. *Uno modo* sicut perfectum et imperfectum* in eadem specie, ut scilicet dispositio dicatur, retinens nomen commune*, quando imperfecte inest, ita quod de facili amittitur; habitus autem quando perfecte inest, ut non de facili amittatur. Et sic dispositio fit habitus, sicut puer fit vir. — *Alio modo* possunt distinguī sicut diversæ species unius generis subalterni, *n. 355
*n. 355
*n. 103

ut dicantur dispositiones illæ qualitates primæ speciei, quibus secundum propriam rationem convenit ut de facili amittantur, quia habent causas transmutabiles*, ut ægritudo* et sanitas; habitus vero dicuntur illæ qualitates quæ secundum suam rationem habent quod non de facili transmutentur, quia habent causas immobiles, sicut scientiæ et virtutes. Et secundum hoc dispositio non* fit habitus. Et hoc videtur magis consonum intentioni Aristotelis”. Ita D. Thomas. *n. 361
*n. 358
*n. 370

* * *

- 358 III. — Ex quibus verbis **COLLIGO** ipsum loqui de habitu et dispositione etiam* prout important qualitatem per modum actus primi* et principii actus, si sit qualitas operativa, non vero sumendo dispositionem pro actu secundo et habitum pro actu primo, ut volebat Suarez¹. Manifeste enim ponit* exemplum in ægritudine et sanitate, quæ non sunt actus secundi. Ergo etiam loquendo de dispositione quæ non est actus secundus, debet in doctrina S. Thomæ assignari differentia essentialis et specifica inter habitum et dispositionem. *n. 354
*n. 169 sq., 384, 545
*n. 354
*n. 357

* *

- 359 IV. — **COLLIGO SECUNDO** quod facile et difficile mobile *aliquando* solum important statum modumque perseverandi* et existendi in subjecto, pertinentque ad durationem* et existentiam rei vel ad ipsum modum existendi, scilicet quod facilius vel difficilius ab eo removeatur et desinat esse. Et hoc utique accidentale omnino est, quia ad modum existentiæ et durationis *n. 361
*n. 1045

¹ *Metaph.*, disp. 42, sect. 6, n. 15–18, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 630–632.

pertinet, scilicet quod aliquid facilius vel difficilius amittat esse, quod perfectum vel imperfectum statum habeat in existendo.

- 360 *Aliquando* vero ly facile vel difficile mobile important essentialem rationem seu differentiam ipsius dispositionis et qualitatis, quando videlicet causa ipsa seu ratio specificativa talis dispositionis, sicut dat illi speciem, ita ex vi speciei dat illi firmitatem, id est, facit esse firmitivum quantum est ex se in subjecto, et sic petit illam ex meritis et ratione suæ speciei, et non solum id habet ex aliquo accidenti.
- 361 Quod Cajetanus unico verbo dixit (*De Prædicatione*, cap. de Qualitate, ad 1), quod *aliquando* habitus ex specie sua requirit causas difficilis transmutationis*, *n. 357, *aliquando* vero habet difficilem transmutationem ex aliqua conditione individuali, quia in hoc subjecto habetur dispositio aliqua seu causa perseverandi*. *n. 359
- 362 Atque ita *quando* firmitas dispositionis seu habitus provenit ex causa* specificativa, facit quoque differentiam essentialem seu firmitatem pertinentem ad ipsam speciem et naturam habitus, nec talis firmitas tollitur aut advenit manente eadem entitate; *quando vero* firmitas solum provenit ex aliqua conditione individuali* *n. 359, 361 seu ex aliquo statu ipsius subjecti*, solum accidentaliter *n. 975 sq. convenit.

○

- 363 V. — Quod autem aliquando firmitas et immobilitas qualitatis proveniat ex principiis specificis*, *n. 360 sq. constat in exemplis quæ adducit S. Thomas¹ in scientiis et virtutibus.

¹ Cf. Iam-IIæ, q. 49, a. 2 ad 3.

- 364 Scientia enim ex objecto suo præcise, et nullo attento statu vel conditione ex parte subjecti*, habet *n. 359 procedere ex principiis evidentibus et certis, atque adeo habet convincere et firmare intellectum, quod est esse difficile mobile, quia potius ex sua propria ratione habet immobilitare intellectum.
- 365 Similiter virtus ex ipso proprio objecto postulat inducere firmitatem in voluntate et illam in bono firmare, quia procedit ex principiis rationis et syndæresis quæ omnino firma sunt, et sic reddit hominem constantem in bono.
- 366 Idem etiam constat in habitu primorum principiorum, et in habitu syndæresis, et in habitu artis, quæ procedit per certas et determinatas regulas.
- 367 Et in universum, omnes habitus qui ex natura sua tendunt et postulant firmare subjectum habent pro differentia essentiali firmitatem, seu esse difficile mobile.
- 368 Habitus vero, qui non tam ipsi firmant et immobilitant subjectum ex natura sua quam indigent firmari et immobilitari in suo esse ex conditionibus subjecti*, *n. 359 non* habent pro essentiali differentia firmitatem, sed *n. 1031, 1043 accidentaliter illis convenit, ut opinio*, vitium, etc. *n. 395

★ ★

- 369 VI. — COLLIGITUR TERTIO quod facile vel difficile mobile non distinguunt habitum a reliquis speciebus qualitatis, verbi gratia, a potentia, a passibili qualitate, etc., sed a dispositione quæ dividitur ipsi habitui.

- 370 Etenim a reliquis speciebus differt habitus per altiorem rationem, nempe per ipsam rationem dispositionis communiter et *generice** acceptam, quæ est convenienter aut inconvenienter ordinare naturam subjecti. Inter ipsas vero dispositiones, differt habitus a dispositione *specifice** sumpta per hoc quod sit difficile mobilis seu firmitatem habeat ex propriis principiis, dispositio autem non: et tunc differunt essentialiter, nec* dispositio fit habitus. *n. 103
*n. 103
*n. 357
- 371 VII. — Cæterum potest dispositio reddi difficile mobilis non ex natura sua et propriis principiis, sed ex aliquo accidentali* statu, et tunc non redditur essentialiter habitus, sed accipit modum et statum habitus quantum ad aliquid, videlicet quantum ad hoc quod est multum durare et perseverare in subjecto, non ex se et ex propriis, sed ex aliqua conditione subjecti quæ conservat diurne* illam qualitatem. *n. 359, 461
*n. 377
- 372 Sicut e converso potest habitus, qui ex natura* sua et principiis propriis postulat firmitatem in subjecto, non* habere illam de facto ob aliquem accidentalem statum, videlicet ob imperfectionem suam, quia non plene et perfecte explicatur vel applicatur subjecto, vel quia subjectum facile obliviscitur et dat locum contrario, sicut scientia* quando primo generatur, licet vi sua et evidentia convincat intellectum, tamen, quia sub aliqua confusione vel imperfectione proponitur aut subjectum non multum attendit aut facile obliviscitur, potest amitti et non durare in subjecto. Sed hoc est per accidens, et non ex ipsa natura habitus. *n. 360
*n. 976
*n. 993, 1007 sq.
- 373 Unde differentia propria et essentialis habitus non est difficile removeri a subjecto de facto et in

exercitio, sed difficile esse mobilem et postulare* illam immobilitatem, sicut differentia essentialis hominis non est ratiocinari, sed rationabilem esse, nec proprietas est ridere, sed risibilem esse. *n. 397

★ ★

- 374 VIII. — COLLIGITUR QUARTO quid sit difficile esse mobilem qualitatem ex natura* sua. *n. 360
- 375 Dicimus enim quod non est aliud quam quod ex ipsis principiis specificativis exigit* habitus firmitatem, sicut si ex objecto specificante firmitas inducatur, et ipse habitus de se et ex sua specie et natura sit firmativus subjecti, ut in scientiis et virtutibus et habitibus principiorum ostensum* est. *n. 974
*n. 363 sq.
- 376 Si vero ex conditione* subjecti seu ex aliquo principio non pertinente ad specificationem, sed ad efficientiam vel ad durationem et conservationem rei in esse proveniat immobilitas, illa non est differentia essentialis, sed accidentalis status. *n. 359, 361 sq., 975
- 377 Unde nunquam dispositio transit in habitum qui ex natura sua habitus sit, licet possit* habere modum et statum* habitus quantum ad id quod accidentale est, scilicet quod multum duret* et difficile removeatur propter aliquam conditionem subjecti. *n. 371
*n. 1031, 1043
*n. 371
- 378 Quod vero non recte sumatur ista differentia inter habitum et dispositionem, ex eo quod ista dependeat in fieri et conservari a subjecto, non ille, nec ex eo quod habitus careat contrario, dispositio vero habeat illud, ostendimus citato* loco *Logicæ*¹. *n. 352

¹ *Curs. Phil., Log., II P., q. 18, a. 3, I (Reiser), p. 614-617.*

* * *

379 IX. — **SED TAMEN POTEST INSTARI*** hæc ^{*n. 382}
doctrina in actu visionis beatificæ, qui non est habitus
sed actus secundus, et tamen ex natura sua et ex prin-
cipio specificativo est difficile mobilis cum sit vita æter-
na et beatitudo formalis quæ permanens est. Ergo non
bene explicamus* habitum per hoc quod sit qualitas ^{*n. 374 sq.}
ex sua natura et principiis specificis firma et difficile
mobilis.

380 **Idem argumentum*** potest fieri de actu demons- ^{*n. 386}
trativo et actu primorum principiorum, qui ex suo
specifico principio habent firmare intellectum et con-
vincere, nec tamen sunt habitus.

381 **Denique*** multi dantur habitus qui firmitatem ^{*n. 388}
habent non ex objecto et principio specificativo formali,
sed ex efficiente, videlicet ex consuetudine et multi-
plicatione actuum, sicut habitus vitii, et opinionis, et
erroris, et habitus artis, prudentiæ, qui multiplicatione
et frequentatione actuum acquiruntur, et tamen veri
habitus sunt, ut condistincti contra dispositionem, quæ
est altera species; ergo datur habitus qui essentialiter
sit habitus, et tamen non habet firmitatem ex objecto
sed ex causa efficiente, nempe ex frequentatione et
multitudine actuum a quibus generatur habitus.

* *

382 X. — **Respondetur ad primum***, quod visio bea- ^{*n. 379}
ta est difficile mobilis, distinguo: tamquam primo et
per se hoc habens, *nego*; ut derivata ab alio priore,
scilicet a lumine gloriæ* sic elevante intellectum ut non ^{*n. 433}
possit cessare ab illa influenza visionis, *concedo*.

383 Non est autem differentia constitutiva habitus
difficile mobile quomodocumque, sed difficile mobile
primo et per se, et non ex sola influenza perpetua
alicujus prioris causæ influentis, eo quod firmitas
habitus, quando essentialis est, debet esse firmitas
quam ipse habitus præbeat subjecto, non firmitas
recepta et derivata ab alio, quia scilicet constituit et
reddit firmum et difficile mobile ipsum subjectum.
Si vero qualitas ipsa in se recipiat firmitatem ab alio
a quo derivatur, talis non constituit habitum per se.

384 Et ita habitus semper significat qualitatem per
modum actus primi* a quo derivatur influenza, non
per modum actus secundi qui recipit illam a priori* <sup>*n. 169 sqq.,
358, 999
*n. 382</sup>
causa seu principio; nec habet illam permanentiam
difficile mobilem nisi ratione illius perpetuæ influentiæ,
sicut splendor seu claritas dimanans a sole in aerem non
est habitus, licet possit habere permanentiam perpe-
tuam si sol stet fixus permanenter, quia illa perma-
nentia et firmitas lucis in aere non primo et per se illi
convenit, sed ex aliqua priori causa permanentiam
habente et perenniter influente, et ita non ratione sui
aut ratione modi essendi in subjecto, sed ratione illius
influentiæ durantis, durat illa lux immobiliter.

385 Ita se habet visio beata* respectu luminis gloriæ a ^{*n. 382}
quo dimanat, sicut splendor a luce, et actus secundus
a primo.

○

386 XI. — **Minus difficultatis est in actu demons-**
trationis*, qui licet convincat intellectum et immo- ^{*n. 380}
bilem [reddit] illum ad assensum, non tamen formaliter

in se immobilis est aut difficile mobilis in essendo, quia est actus secundus consistens in ipso egredi et in ipso procedere ab actu primo. Unde non habet aliam firmitatem quam derivatam* et dependentem ab influenza suæ causæ, non per se primo illi convenientem, sicut requiritur ad firmitatem habitus qui causat vel causatur per talem actum. *n. 382

387 Et sic actus demonstrationis immobilitat et firmat *quasi active* per modum actionis et efficientiæ convincendo et assensum producendo, *non quasi formaliter*, reddendo subjectum formaliter immobilitatum et difficile mobile ab aliqua dispositione.

⊙

388 XII. — **Ad tertium***, aliqui existimant quod habitus habentes firmitatem, et qui sunt difficile mobiles solum ex frequentatione* actuum, sunt ex specie sua et essentiali* ratione habitus, eo quod illam frequentationem actuum essentialiter postulant, et sic licet a principio, id est, ante frequentationem actuum sint facile mobiles, tamen posita* frequentatione actuum transeunt in naturam habitus. *n. 381 *n. 359 *n. 394 *n. 397

389 Cæterum frequentatio seu multiplicatio actuum per se sola non videtur posse mutare speciem habitus vel dispositionis, quia omnes illi actus frequentati et multiplicati ejusdem speciei sunt, et ita pauci vel multi actus non faciunt diversam speciem, nec comparantur ad habitum genitum in genere causæ formalis aut principii specificantis, sed in genere causæ efficientis, siquidem actus quantumcumque multiplicati solum effective* producunt habitum. *n. 1139 sq.

390 Unde firmitas, quam sortitur habitus ex præcisa ratione multiplicationis et frequentationis actuum solum, videtur pertinere ad aliquam majorem perfectionem accidentalem intra eandem speciem, non* ad diversam speciem constituendam, quia non mutant principia formalia et specificativa, sed solum multiplicant actus ejusdem speciei. Pluralitas autem intra eandem speciem, hoc præcise quod multiplicatur, non variat speciem, sed intra eandem manet, et solum potest diversum statum accidentalem dare et majorem firmitatem in eadem specie, ad modum quo intensio firmitatem dat qualitati, non mutando speciem et entitatem. *n. 400

391 XIII. — Et in hoc videntur fundari illi* qui dicebant quod dispositio et habitus differunt secundum intensionem et remissionem, ita quod eadem qualitas dispositiva intensior facta, taliter quod sit difficile mobilis, redditur habitus. *n. 165

392 Quos refert et impugnat Simplicius in *Commento Prædicamentorum*¹, et ex eo D. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 1 ad 3), quia penes intensionem et remissionem non diversificantur species.

393 Potest etiam dari intensa qualitas et non esse difficile mobilis, ut patet in calore intenso posito in aqua, vel intensa febris, vel actu visionis intenso, quæ tamen facile a subjecto expelluntur per aliud contrarium, vel per cessationem.

394 XIV. — **Quapropter dicendum est** quod habitus qui ex sola frequentatione* et multiplicatione actuum *n. 381, 388

¹ *In Cat.*, VIII.

- accipiunt firmitatem* et sunt difficile mobiles, et alias non* habent ex sua specifica et essentiali ratione petere ipsam firmitatem, tales habitus non ponuntur in specie habitus essentialiter* distincta a specie dispositionis, sed solum intra speciem dispositionis habent majorem perfectionem et firmitatem accidentaliter, et quantum ad statum seu modum. *n. 1031
*n. 1043
*n. 388
- 395 Et sic vocari possunt* habitus opinio et vitium, quando firmanur in subjecto, ita quod ab ipso difficile sint mobilia, et sic vocantur a D. Thoma (Ia-IIæ, q. 51, a. 3) dicente: "Habitum opinativum causari ex multis actibus rationis". Et similiter vocat illum habitum (Ia-IIæ, q. 53, a. 1). *n. 368, 400, 1043 sq.
- 396 Sed tamen nusquam* D. Thomas vocat eum habitum ex specie sua et essentialiter, sed solum dicit esse habitum [eo] quod est commune* ad habitum, qui est talis ex natura et specie sua et ratione formali, vel qui ex statu et modo accidentali habitus est. *n. 1034
*n. 103
- 397 Qui enim ex specie sua est habitus statim ac ponitur in rerum natura, etiam non* frequentatis nec multiplicatis actibus, habitus est, quia ex ipsa formali ratione et specie sua exigit* illam firmitatem, et sic semper retinet firmitatem specificam seu radicalem et quasi naturalem, quia ex principiis specificis illam exigit, et quantum est ex se ponit nisi per accidens impediatur ex aliquo impedimento* subjecti. *n. 388, 993
*n. 373
*n. 1009 sq.
- 398 XV. — Qualitas vero seu dispositio quæ ex specie sua seu ex principiis formalibus non* habet firmitatem potest ex aliquo accidentali illam sortiri, quia ex ipsa iteratione aut intensione aut consuetudine quasi vertitur *n. 371

- in naturam. Unde dicimus consuetudinem* esse quasi alteram naturam, non tamen est natura. Unde habitus, qui ex natura sua seu specifica ratione est firmus, differt ab eo qui solum est firmus ex consuetudine*. *n. 999
*n. 381
- 399 Et in hoc hallucinati sunt qui* existimarunt omnes habitus solum ex consuetudine esse firmos. *n. 388
- 400 Et sic opinio et vitium fiunt* habitus, id est, habitualiter permanentia, non ex specifica ratione et principiis formalibus firmata. Specifica enim principia potius sunt contingentia et infirma et non convincentia rationem in opinione, neque secundum ejus regulationem in vitio*. Firmitas autem et immobilitas deducta ex consuetudine et multiplicatione actuum non est ex principiis specificis, quia, licet ille habitus non possit generari nisi ex illa assuetudine, tamen illa firmitas non est sibi essentialis nec illa assuetudo, quia non est ex ipsis principiis formalibus et specificis talis habitus. Frequentatio enim actuum, cum omnes sint ejusdem speciei, non* variat speciem, sed accidentale quid est, et accidentalem addit firmitatem, licet talis accidentalis firmitas essentialiter postulet consuetudinem et multiplicationem actuum; sed hoc quod est essentielle tali firmitati non est essentielle habitui, neque ex principiis ejus specificativis et essentialibus promanat: sicut albo est essentielle disgregare visum, non tamen homini qui est albus. Quando autem ex principiis specificativis habitus oritur firmitas, tunc illa essentialem differentiam inducit. *n. 1043
*n. 390
- 401 Reliqua quæ ad hanc difficultatem pertinere possunt ex citato* loco *Logicæ*¹ mutuari debent. *n. 352
- ¹ *Curs. Phil., Log., II P., q. 18, a. 3, I (Reiser), p. 614-617.*

ARTICULUS IV

UTRUM HABITUS OPERATIVI INFLUANT
IN SUBSTANTIAM ACTUS, AN SOLUM
IN MODUM?

402 I — Loquimur in hoc articulo de habitu, non in tota sua latitudine prout comprehendit operativum habitum et non operativum, **sed de operativo tantum**, qui est in ipsis potentiis. Nam sanitas, ægritudo, pulchritudo, gratia et similes habitus qui operativi non sunt, non pertinent ad istam difficultatem, quamquam gratia, quia radix est virtutum supernaturalium, quæ operativæ sunt et in potentiis operativis, radicaliter etiam operativa sit et influxiva in actus, sicut substantia radicaliter operativa est, quia est radix et principium potentiarum influentium in operationes.

* * *

403 II — De ipsis ergo habitibus operativis, seu qui ad potentias operativas pertinent, **est difficultas**, an influant in operationes, et quomodo.

⊙

404 **Circa influentiam***, est difficultas tam pro habitibus acquisitis quam infusis*, *an* influant in genere causæ effectivæ ipsos actus, vel concurrant in alio genere causæ. *n. 408 sqq. *n. 433

⊙

405 **Circa modum* influendi**, est peculiaris difficultas in habitibus acquisitis, *an* influant in ipsam substantiam* actus, id est, in ipsam quidditatem et speciem; *an solum* in modum. — Quod si in modum, quis sit iste modus qui in actibus resplendet et correspondet specialiter habitui. *n. 441 sqq. *n. 188, 196

406 III — Est autem specialis difficultas* ista pro habitibus acquisitis potius quam pro infusis, eo quod habitus infusus, cum supernaturalis sit et altioris ordinis, elevat potentiam proportionando* ejus virtutem et dando illi ut possit elicere operationes superioris ordinis, ad quas ex se et sine tali elevatione non potest. Unde si illæ operationes ex sua specie et substantia supernaturales sunt, oportet quod habitus ille elevativus influat* in talem substantiam seu speciem, siquidem ad illam dat virtutem et proportionem. *n. 405 *n. 288 *n. 441

407 At vero habitus acquisitus est inferior ipsa potentia, non elevativus ejus, siquidem acquiritur per eam, et ex ejus visceribus et per ejus actus nascitur et acquiritur. Unde totam virtutem quam habet emendicat a potentia, non illi superaddit seu elevat quantum ad hoc quod est producere ipsam substantiam et speciem actus: ipsa enim potentia per se sola et ante habitum potens* est producere speciem illam actus, et utique producit, quia per ipsos actus* generat habitum. Ergo habitus genitus supponit in potentia virtutem proportionatam et sufficientem ad producendam talem speciem actus, non illi eam præbet. Ergo adveniente habitu non advenit potentiæ virtus ad influendum in ipsam substantiam actus, sed ad aliquid superadditum substantiæ illi, et hoc solum potest esse *n. 178sq., 491 *n. 527

aliquis modus*, scilicet ut melius aut promptius, vel facilius fiat; ergo ad id solum valebit habitus, et id solum influet in actum. *n. 188, 458



HABITUS ACQUISITI INFLUUNT EFFECTIVE CUM POTENTIA IN OPERATIONEM.

- 408 IV — Igitur circa **PRIMUM* PUNCTUM** difficultatis, in quo petitur an habitus concurrant cum potentia in genere causæ effectivæ ad operationem, est triplex sententia. *n. 404
- 409 **Prima*** absolute negat habitum effective concurrere cum potentia, sed solum dispositive* erga ipsam se habere, quatenus reddit ejus virtutem et inclinationem sic aptatam et dispositam ut facile possit operari et actum elicere, sine hoc quod talis dispositio effective influat in operationem. *n. 412
*n. 515, 525
- 410 **Secunda* sententia** aliquam efficientiam tribuit habitui in operationem, non directe, sed indirecte, quatenus removet impedimenta ut potentia possit directe influere in ipsam operationem. *n. 413
- 411 **Tertia* sententia** generaliter affirmat habitum influere effective et directe in ipsam operationem, sive id quod influit sit ipsa substantia actus, sive aliquis modus superadditus, de quo postea*. *n. 414
*n. 441 sq.
- * *
- 412 **Primam* sententiam** docuerunt aliqui apud Scotum (In I *Sent.*, dist. 17, q. 2, a. 1) (et ipse eam proba-

bilem reputat), docentes solum dispositive* se habere habitum in potentia, effective autem solam* potentiam operari, sicut aliqui de gravitate putant quod solum disponit lapidem ad descensum, effective autem a sola forma talis motus emanat. *n. 415, 515, 525
*n. 431



- 413 **Secundam* sententiam** docuit Durandus (In III *Sent.*, dist. 23, q. 2, 3 et 4), qui docet operationem non emanare directe nisi a potentia, tam quoad substantiam, quam quoad intensionem aut modum; habitum vero solum deservire ut objectum* melius proponatur potentiæ, et auferantur impedimenta quæ possunt offerri ut potentia operetur circa illud. *n. 410
*n. 418 sq.
-
- 414 V — **Tertiam* sententiam** docet S. Thomas (Ia-IIæ, q. 49, a. 3), ubi aperte docet quod habitus qui subjectatur in potentiis operativis principaliter dicit ordinem ad actum seu operationem. Et (Ia-IIæ, q. 49, a. 3 ad 1) docet quod habitus est principium* operationis. *n. 411
*n. 10, 12
- 415 *Nec obstat* quod dicit (Ia-IIæ, q. 49, a. 4 ad 1) quod si aliqua forma sit talis quæ possit diversimode operari, sicut est anima, oportet quod disponatur* ad suas operationes per aliquos habitus. — *Non*, inquam, *obstat*, quia habitus disponit ad operationes tamquam principium earum determinans potentiam ad efficiendum, et sic disponit et agit. *n. 412
- 416 Nec enim dispositio excludit* hoc quod est agere, ut patet in calore, qui disponit lignum vel ferrum, et *n. 525

tamen agit, quia calefacit. Unde dicit D. Thomas (*De Virt. in Communi*, a. 1 ad 9) quod dispositio etiam dicitur "per quam aliquod agens disponitur ad agendum, sicut velocitas est dispositio ad cursum, et hoc secundo modo virtus est dispositio".

- 417 Et D. Thomas ponit in habitibus dispositionem secundum ordinem quem dicunt ad naturam, et ordinem ad operationem secundum quod habent pro subiecto potentiam*. Dicit enim (Ia-IIæ, q. 50, a. 2 ad 3) quod "habitus præmittitur* potentiæ, secundum quod importat dispositionem ad naturam; potentia autem semper importat ordinem ad operationem, quæ est posterior, cum natura sit operationis principium. Sed habitus cujus potentia est subiectum, non importat ordinem ad naturam, sed ad operationem. Unde est posterior potentia".
- 418 Nec solum objective* se habet habitus quia præparat objectum et tollit impedimenta*, sed quia directe efficit. Dicit enim S. Thomas (Ia-IIæ, q. 50, a. 4 ad 3) quod "quia vires apprehensivæ interius præparant intellectui possibili proprium objectum, ideo ex bona dispositione harum virium, ad quam cooperatur bona dispositio corporis, redditur homo habilis ad intelligendum. Et ideo habitus intellectivus secundario potest esse in istis viribus*. Principaliter autem est in intellectu possibili".
- 419 Ecce quomodo munus præparandi objectum solum secundario* et accessorie tribuit D. Thomas habitui; munus autem concurrendi cum intellectu, qui utique directe influit in operationem, primario tribuit habitui.

* * *

- 420 **SIT ERGO NOSTRA CONCLUSIO: Hæc tertia* n. 411, 414 sententia D. Thomæ omnino vera est.**

* *

- 421 Eam communiter tenent discipuli D. Thomæ et multi alii, etiam extra ejus scholam; estque communissima inter auctores, abstrahendo nunc a modo* quo influit et concurrat habitus, *an* in ipsam substantiam actus, *an* in modum aliquem* illius.
- 422 Qui auctores videri possunt apud Gregorium Martinez (In Ia-IIæ, q. 49, a. 3, dub. 1); Montesinos (In Ia-IIæ, q. 49, disp. 30, q. 2); Suarez (*Metaph.*, disp. 44, sect. 5, n. 6 sq.)¹, et alios.
- 423 Est etiam sententia Aristotelis², ubi docet habitus alios esse factivos ut artes, alios operativos ut virtutes. Et (*Metaph.*, IX, 2)³: "Statuarius dicitur causa per se statuæ; Polycletus autem seu subiectum artis dicitur causa per accidens". Et (*Metaph.*, IX, 2)⁴ ars ponitur inter causas activas.
- 424 Augustinus etiam (*De Bono Coniug.*, cap. 21)⁵ inquit quod "habitus est quo aliquid *agitur* cum opus est".
- 425 Et Commentator (In III *De Anima*, comm. 18) dicit quod "habitus est quo quis *agit* cum voluerit".

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 674.

² *Eth.*, VI, 4 (1140 a 5 sq.).

³ *Metaph.*, V, 2 (1014 a 1).

⁴ *Metaph.*, IX, 2 (1046 b 3).

⁵ PL 40, 390.

- 426 Et communiter id dicitur de habitibus quod illis utimur cum volumus nostræque subjacent potestati. Quapropter oportet quod respectu potentiæ se habeant tamquam instrumenta, quibus utitur ad libitum*. *n. 453, 513
Instrumenta autem effective* influunt cum principali *n. 411
agente in operationem, non dispositive* tantum, aut *n. 412
tollendo impedimenta*, sicut apparet in serra aut securi, *n. 413
qua operatur manus et ars, quæ non disponunt manum, sed cum ea operantur et efficiunt.

★ ★

- 427 VI — **Et fundamentum** sumitur ex hoc quia habitus subjectari in potentiis ad hoc ponuntur* ut activitas ipsa seu vis potentiæ, quæ de se indifferens et indeterminata est propter suam potentialitatem et confusionem, determinetur et actuatur ad aliquid determinate operandum, unde videmus quod potentiæ, quæ totaliter sunt determinatæ ad aliquam operationem et sufficienter actuatæ, non* indigent habitu. Determinatio *autem* alicujus virtutis seu activitatis indifferens ad operandum non minus concurrat active* ad talem operationem quam ipsamet potentia et virtus indifferens, quæ per talem determinationem disponitur ad agendum; *ergo* habitus sic determinantes potentiam active concurrunt. *n. 204, 286, 473 sq.
*n. 219
*n. 411

- 428 **Minor probatur**, nam virtus quanto indifferentior est et confusior seu potentialior ad operandum, minus apta est ad influendum active et operandum suos effectus, quia est magis in potentia et minus in actu; influentia autem et causalitas activa causæ efficientis fundatur in actualitate et per ipsam perficitur, per potentialitatem autem retunditur et imperficatur. Ergo

quanto magis determinatur illa indifferens potentialis et reducitur in actum, magis habilitatur et actuatur in ordine ad effective operandum; talis ergo determinatio per habitum aptior est magisque in actu ad influendum effective* quam virtus indifferens potentiæ, quæ est magis involuta potentialitate et indifferens. *n. 411

- 429 Non ergo est illi deneganda activitas et efficientia, siquidem se habet ut actus magis fundans activitatem et rationem efficientiæ quam indifferens et indeterminatio potentiæ, quia plus habet de actualitate in ratione determinandi vim activam indifferens potentiæ; ergo etiam habet de activitate in eadem linea efficientiæ, siquidem ad efficiendum agendumque determinat et actuatur, determinatio enim illa activitatis est cum reducat in actum potentialitatem efficientis et agentis. Unde habitus hoc ipso quod disponit potentiam, hoc est, convenienter ad naturam* ejus eam ordinat et perficit, activitatem dat illi, quia natura potentiæ quam ordinat activitas est et virtus agendi, licet ad agendum indifferens et indeterminata et potentialis; unde habitu acuitur et perficitur ut agat, et sic habitus est quasi acuitas* potentiæ et dispositio activa. *n. 111 sq.
*n. 306, 485

★ ★

- 430 VII — **Confirmatur totum hoc**, quia præter rationem efficientiæ et activitatis determinantis, non apparet per quam dispositionem, vel quomodo in genere causæ dispositive* se habeat talis habitus in potentia. Omnis enim dispositio, quæ in genere causæ dispositive* et non effective* se habet, **aut*** est per se primo ad recipiendum aliquam formam, **aut*** tollenda impe- *n. 412, 416
*n. 433
*n. 434

dimenta contraria, **aut*** determinandum inclinationem ^{*n. 439}
 subjecti et potentiae operativae ad operandum. Nullum* ^{*n. 432 sq.}
 horum facit habitus primo et per se, neque ad id ponitur
 in potentia, licet secundo* et accessorie etiam ad ^{*n. 419}
 hæc deservire possit; ergo, etc.



431 **Major constat**, quia non potest excogitari ad
 quid aliud serviat dispositio extra genus et lineam effi-
 cientiae, et in ratione causae pure dispositivae, ita quod
 tota efficientia tribuatur potentiae, et nulla* habitui. ^{*n. 412}



432 **Minor* probatur.** ^{*n. 430}

433 Non* datur primo et per se ad recipiendum ali- ^{*n. 430}
 quam formam, maxime enim esset ad recipiendum
 actum; hunc autem recipit ipsa potentia in se immediate,
 ut patet cum producit illum ante* acquisitum habitum. <sup>*n. 178 sq.,
 407</sup>
 Non ergo requiritur per se habitus ad suscipiendum
 actum, quem potentia potest elicere. Quod si in super-
 naturalibus actus visionis recipitur in potentia mediante
 habitu luminis gloriae, non ad hoc per se primo datur
 ille habitus, sed aliud munus prius habet in genere
 causae efficientis, scilicet, influere* effective in ipsam ^{*n. 382}
 visionem, et consequenter magis* habet genus causae ^{*n. 404}
 efficientis quam habitus acquisitus.

434 VIII — Non* datur ad tollenda impedimenta <sup>*n. 413, 430,
 515</sup>
 primo et per se.

435 *Tum* quia potentiae capaces* habitus, etiamsi nulla ^{*n. 204, 286}
 praecesserint impedimenta aut contrarietates tollendae,

adhuc indigent habitu, ut intellectus habitu scientiae,
 licet non praecesserit error vel opinio contraria.

436 *Tum* e contrario, quia etiam potentiae omnino ^{*n. 427}
 determinatae et incapaces* habitus indigent sibi impe-
 dimenta auferri, et tamen non ad hoc ponuntur in eis
 habitus, ut in visu manifeste constat, ubi non dantur
 habitus, et tamen impedimenta dari possunt, quae
 indigent tolli tam in ipso organo potentiae et tempera-
 mento ejus quam in medio per quod defertur species
 objecti, quod est signum non* dari habitum ad tollenda ^{*n. 413}
 quaecumque impedimenta, sed ad perficiendam ipsam
 potentiam tollendumque ejus indeterminationem et ^{*n. 419}
 indifferentiam; licet secundo* et per aliquam resul- ^{*n. 979}
 tantiam possit etiam ab habitu tolli impedimentum*
 quod in inferioribus viribus est, sicut ex habitu intel- ^{*n. 418}
 lectus possunt resultare* bonae dispositiones in phantasia,
 quae illi deservit.

437 *Deinde* constat aliquos habitus dari non ad tol-
 lenda, sed magis ad inducenda impedimenta, ut patet
 in habitibus vitiosis in voluntate, qui magis inducunt ea
 quae impedimentum sunt ad bonum et ad peccatum
 inclinant. Et idem est de habitu erroris in intellectu.

438 Non ergo omnis habitus habet tollere impedimenta
 potentiae ad operandum, sed solum indifferentiam et
 indeterminationem ejus ad bene vel male; et quando
 ad male determinat, sine dubio impedimentum ponit
 ad bonum, quae est naturalis inclinatio potentiae.

439 X — Denique*, neque habitus determinat incli- ^{*n. 430}
 nationem potentiae nisi determinando activitatem seu
 virtutem ejus activam et influxivam, siquidem incli-

natio talis potentiæ est ad operandum*, cum ipsa operativa sit; ergo si determinatur inclinatio ejus, determinari debet potestas influxiva seu activa ejus, et sic ipsa ratio determinans debet esse ratio determinate influxiva, et in genere efficientis* se habens respectu operationis.

*n. 427 sq.

*n. 411

440 Respectu enim potentiæ cui inhæret et quam afficit, certum est quod in genere causæ formalis se habet; sicut etiam ipsa potentia solum effective comparatur ad operationem et effectum, non ad subjectum cui inhæret, quia respectu subjecti solum formaliter se habet, præbendo illi per modum formæ inhærentis ipsam virtutem ad effective agendum.



HABITUS INFLUUNT IN TOTAM ENTITATEM
ACTUS SUB MODO ADJUVANDI ET
DETERMINANDI POTENTIAM.

441 XI — **Major difficultas** apparet in assignando quid sit hoc quod habitus influit in operationem, siquidem oportet quod quando duæ* causæ concurrunt ad aliquem effectum, aliquid resplendat* in effectu quod illi causæ correspondeat, sive in entitate aliqua partiali, sive totali, sive in aliqua formalitate, accidenti vel modo.

*n. 490

*n. 443, 500



442 Et quidem in habitibus infusis non est dubium quod influant in entitatem seu substantiam* aut speciem operationis. In actibus enim supernaturalibus

*n. 406

manifeste invenitur specificatio supernaturalis, et supernaturalis entitas elevioris ordinis, et ista non potest provenire a virtute nativa ipsius potentiæ; debet ergo provenire a principio elevante*, quod est habitus infusus et supernaturalis. Talis ergo habitus non est dubium quod influat in substantiam et entitatem actus, supposito quod actus ille entitative et specificative supernaturalis est, eo quod habitus ille principium elevans est et proportionans ipsam potentiam in sua virtute influxiva ad talem actum, qui entitative supernaturalis est.

*n. 136 sq.

*n. 288, 406

443 Et sic cum in talibus actibus inquiritur quid in illis resplendat* correspondens habitui, in promptu est responsio quod correspondet illis supernaturalitas actuum, et hæc est tota species seu natura et substantia eorum, quia intrinsece et non per extrinsecam denominationem supernaturales sunt.

*n. 441



444 XII — In habitibus autem acquisitis hæc doctrina locum non habet, quia non* sunt principia elevativa potentiæ ad eliciendam speciem actus quam alias potentia sua nativa virtute non possit elicere, cum constet hos actus præcedere habitum, siquidem illum acquirunt, et sic a sola potentia sine* habitu prius eliciuntur. Ipsa ergo entitas et substantia actus non pendet per se ab influxu habitus neque habitui correspondet, sed debet esse aliquid præter* substantiam et entitatem actus,—**et hoc inquirimus quid sit.**

*n. 407

*n. 178 sq.,
433

*n. 490, 510

445 Oportet enim esse aliquem modum, et non est assignabilis quis proprie correspondeat* habitui.

*n. 441

- 446 Non existentia actus, non duratio aut continuatio ejus, non intensio aut remissio, quia hæc omnia ante habitum potentia ipsa facit, cum possit actum producere existentem, durantem, continuatum saltem aliquo tempore, et intensum aut etiam remissum, quia sub aliquo gradu* illum producit. *n. 956 sq.
- 447 Non denique hoc quod est prompte*, delectabiliter, firmiter operari est proprius effectus correspondens habitui, quia isti modi non sunt ipsius operationis aut effectus, sed conditiones ipsius operantis: ad ipsum enim qui operatur pertinet agere prompte, firmiter, etc., sicut ad ipsum qui movetur pertinet velociter aut tarde moveri. Si ergo istas tantum conditiones facit habitus, non effective* ipsas facit in actu, sed formaliter ponit aut exercet ex parte operantis*. *n. 449, 455
*n. 420 sq.
*n. 440, 451

* *

- 448 XIII — Propter hæc auctores in hoc* puncto divisi sunt. *n. 444 sq.
- 449 **Quidam** sentiunt habitum acquisitum non concurrere active ad substantiam et entitatem actus, sed ad modum; non qui sit determinatio vel intensio actus, sed facilitas* aut promptitudo, quam dicunt esse aliquid ex parte ipsius actus*. *n. 447
*n. 447
- 450 Ita Vazquez*¹ partim sequens Durandum², partim Scotum³, in eo quod non influat habitus in substantiam actus et quod producat solum modum, quem Durandus

¹ In Iam-IIæ, q. 49, disp. 83, cap. 2.² In III Sent., dist. 23, q. 2, 3 et 4.³ In I Sent., dist. 17, q. 2, a. 1.

- putat teneri ex parte potentia*, Vazquez ex parte actus, scilicet facilitas et promptitudo operandi. *n. 488
- 451 E contra vero Suarez (*Metaph.*, disp. 44, sect. 6, n. 8–13)¹ tenet quod habitus concurrat ad substantiam actus, ad intensionem* et determinationem seu modum qui intrinsecus sit actui; facilitas vero vel promptitudo dicit quod non est modus operationis sed agentis*, nec aliquid intrinsecum ponit in actu. Et sic semper concurrat habitus ad perfectionem æqualem* ipsi habitui, et consequenter ad eandem ad quam potest potentia, sive sit entitas actus, sive intensio aut perfectio; ad superexcedentem autem non* concurrat habitus, sed sola potentia, quia habitus non potest supra se, potentia autem potest ad totum, quod quicumque habitus. *n. 446, 503
*n. 447
*n. 529
*n. 529

○

- 452 XIV — Alii*, ut Montesinos (In Iam-IIæ, q. 49, disp. 30, q. 3), existimant concurrere habitum ad substantiam actus, non nudam, sed modificatam aliquo modo. *n. 448
- 453 Quem modum in particulari explicans, dicit non esse intensionem* majorem actus: *tum quia* potentia utens habitu prout vult*, utitur illo aliquando pro magis intenso actu, aliquando pro minus intenso; *tum quia* si habitus est intensus, ideo est quia ex intensioribus actibus acquiritur. Ergo ante habitum supponuntur actus intensi, aut in tali et æquali intensione quam habitus genitus. *n. 503
*n. 426
- 454 Nec est ille modus ipsa singularitas* actus, nam potentia sine habitu etiam producit actum in singulari. *n. 503

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 678–679.

- 455 Nec est veritas aut bonitas actus ob eandem rationem, quia potentia et bonos et veros actus producit ante habitum, cum per actus bonos, veros et singulares ipsos habitus acquirat inclinantes ad similes actus.
- 456 Quare ille modus, inquit* quod est facilitas et promptitudo* quam existimat intrinsece convenire actui, quatenus actus diverso modo dependet a potentia habitata quam a nuda; unde et talis actus sic procedens natus est delectabilitatem* causare ob sui connaturalitatem et perfectionem, quod non habet actus non procedens ab habitu.

○

- 457 Alii* tandem existimant habitum influere in substantiam actus, et in omnia quæ in actu intrinsece reperiuntur.—Ita Martinez (In Iam-IIæ, q. 49, a. 3, dub. 1).

* * *

- 458 XV — DICENDUM NIHILOMINUS EST habitum ad ipsam entitatem* et speciem actus influere, sub* modo tamen diverso a potentia, scilicet sub modo magis determinato* et perfecto et actuali, quatenus prompte et facile operari facit, non* solum quoad modum et statum promptitudinis et firmitatis, sed etiam quoad speciem* actus.

* *

- 459 Hæc conclusio deducitur colligendo loca* D. Thomæ, quibus tradit quid sit proprium habitus in operando

- cum potentia, ut (*De Virt. in Communi*, a. 1; *De Caritate*, a. 2 ad 12; Ia-IIæ, q. 100, a. 9; Ia-IIæ, q. 49, a. 3; Ia-IIæ, q. 51, a. 2 ad 3; *De Ver.*, q. 20, a. 2).
- 460 Quæ ut intelligamus, et veram ejus mentem et doctrinam hauriamus, oportet præ oculis habere* illam sæpe* traditam doctrinam, quod in habitu, et est aliquid pertinens ad modum seu statum, quod ad firmitatem spectat, et aliquid pertinens ad speciem seu substantiam.
- 461 Quod enim firmiter et permanenter aliqua qualitas existat actu in subjecto, vel inclinet ad firmiter operandum, etiam pertinere potest ad qualitatem, quæ ex sua specifica et essentiali ratione non est habitus, sed ex statu accidentali, ut supra* satis dictum est. Quare si ad habitum solum pertineret dare firmitatem istam accidentalem, ita quod in actu seu operatione non corresponderet habitui nisi modus ille firmitatis, qui accidentaliter* illi convenit et extra ejus speciem seu substantiam est, solum operaretur habitus et influeret in actum juxta firmitatem et promptitudinem* accidentalem, quæ ad statum pertinet. Si autem pertinet ad habitum influere in actum secundum firmitatem specificam*, et quæ ad ipsa principia specifica pertinet, utique in substantiam et speciem actus debet influere, quia firmitas hæc ad specificam entitatem actus pertinet.

○

- 462 XVI — Igitur D. Thomas aliquando* docet proprium esse habitus promptitudinem et facilitatem dare, quæ solum pertinet ad modum, non ad substantiam actus, aliquando* docet absolute esse prin-

cipium operationis quasi determinans potentiam ad speciem actus, ac denique habitum ipsum, ut distinguitur a dispositione, ex sua specie firmitatem habere docet, atque adeo talem firmitatem influendo, in speciem et substantiam actus influit.

463 Patet hoc discurrendo per loca* S. Thomæ in quibus hoc asserit. *n. 459

○

464 Etenim* (Ia-IIæ, q. 50, a. 5 ad 3) inquit quod "licet voluntas inclinetur in bonum* rationis, tamen quia hoc bonum multipliciter diversificatur, necessarium est ut ad aliquod determinatum bonum rationis voluntas per aliquem habitum* inclinetur, ad hoc quod sequatur promptior operatio". *n. 462 *n. 53, 438 *n. 162

465 Ubi utrumque* conjunxit D. Thomas in habitu, scilicet *quod* voluntatem determinet ad aliquod determinatum bonum, quod utique ad speciem et entitatem actus pertinet, ut, verbi gratia, quod justitia determinet ad justum reddendum, et religio ad cultum, et temperantia ad moderationem sensibilibus; et deinde *quod* inclinetur ad hoc ut sequatur promptior operatio, quod utique pertinet ad promptitudinem et facilitatem et modum operandi delectabiliter. *n. 460

466 XVII — Similiter (Ia-IIæ, q. 100, a. 9) dicit D. Thomas (explicans triplicem modum virtutis seu operis virtuosi, scilicet *quod* aliquis operetur sciens, deinde *quod* operetur ut eligens seu ex electione, et tandem *quod* operetur firmiter) quod "ista firmitas proprie pertinet ad habitum, ut scilicet aliquis ex habitu radicato operetur." Et loqui videtur D. Thomas de

firmitate accidentali*, seu quoad statum, quia inquit non cadere hunc modum sub præcepto, eo quod non punit Deus eum qui honorem debitum parentibus impendit, etiamsi habitum pietatis non habeat. Ergo supponit posse fieri actum pietatis quoad substantiam, etiamsi ab habitu non procedat, quoad firmitatem autem esse ab habitu, et hanc dicit proprie ad habitum pertinere, status enim firmitatis ad habitum pertinet*. *n. 461 *n. 461

467 XVIII — Quod vero D. Thomas doceat* absolute habitum esse principium operationum (quod utique significat non solum esse principium earum quoad aliquem modum superadditum, sed etiam quoad entitatem), patet ex his quæ docet (Ia-IIæ, q. 49, a. 3), quod habitus, qui est in potentia* ut in subjecto, dicit ordinem ad operationem, quia disponit subjectum juxta ejus naturam, et natura subjecti, cum sit potentia* operans, sumitur per ordinem ad actum. *n. 462 *n. 402 *n. 181

468 Unde cum perficitur per habitum et adjuvatur potentia juxta suam naturam, utique ad elicentiam actus, in substantia sua adjuvatur, quia hoc est quod petit et ad quod ordinatur natura illius potentia, scilicet, ad illam substantiam et speciem actus, licet non nudam, neque confuse et imperfecte, sed cum majori determinatione* aut etiam perfectione faciendum. *n. 458

469 Et hoc magis explicat ipse D. Thomas (Ia-IIæ, q. 49, a. 4 ad 1) ubi inquit quod "si forma habeat determinate unam tantum operationem determinatam, nulla alia dispositio requiritur ad operationem præter ipsam formam. Si autem sit talis forma quæ possit diversimode operari, sicut est anima, oportet quod disponatur ad suas operationes per aliquos habitus".

470 Constat autem quod potentiæ animæ non solum sunt indifferentes et indeterminatæ ad diversos modos operationum, seu ad diversas operationes secundum modum, sed etiam* secundum substantiam et speciem; ergo habitus, quibus indiget disponi, non solum sunt ad diversos modos, verbi gratia, ad facilius et delectabilius, sed etiam ad ipsam speciem et substantiam, licet* cum tali modo, vel sub tali modo, quia etiam ad substantiam actus determinari indiget potentia.

*n. 473, 522

*n. 458

471 Unde ipse D. Thomas videtur aperte distinguere hunc modum delectabilitatis* in operando ab ipsa operationis substantia, et ad hanc ponit virtutem seu habitum esse principium, ut patet (*De Caritate*, a. 2 ad 12), ubi inquit quod “delectatio non importat operationem, sed aliquid consequens ad operationem (ecce modum operationis distinctum ab operatione tamquam quid consecutum); unde cum virtus sit operationis principium, delectatio non ponitur inter virtutes, sed inter fructus”.

*n. 456

472 Quæ illatio D. Thomæ non potest esse efficax si virtus non est operationis principium quantum ad substantiam operis, sed quoad modum delectationis aut promptitudinis* tantum, cum unum condistinguat ab alio et ponat delectationem non esse ipsam operationem, sed consecutum ad illam, virtutem autem quæ est habitus esse operationis principium.

*n. 449 sq.

* *

473 XIX — **Fundamentum** hujus sumitur ex ipsa habitus natura, quia habitus generatur per actus determinatæ speciei, et ponit inclinationem in potentia, non so-

lum ad talem modum faciendi, sed ad talem speciem actus faciendum; nec enim per habitum justitiæ inclinatur voluntas ad prompte solum, sed etiam ad speciem talis actus faciendum, nempe justitiæ; et per scientiam* ad actus scientificos, et non alterius speciei, non vero solum ad prompte faciendum tales actus. Ergo oportet quod iste habitus respiciat non solum promptitudinem* seu modum, sed etiam speciem* actus, siquidem indifferentiam illam potentiæ, quæ est* ad plures species et entitates actuum, determinat habitus ut ad talem speciem determinate sit, et in tali materia potius quam in alia.

*n. 482

*n. 449 sq.

*n. 485

*n. 470, 522

○

474 XX — **Et hujus ratio est**, quia influxus ipsius habitus perficit et determinat ipsum concursum* potentiæ etiam ad id quod proprium est potentiæ, ut scilicet ipsam substantiam et entitatem actus producat potentia cum minori difficultate. Concursus autem et influxus potentiæ non est seorsum ab influxu habitus, sed cum ipso identificatus et per modum unius* influit in operationem, sicut influxus hominis cum instrumento, ut artifex cum serra, duritia ferri in securi cum acutie ejus ad scindendum, hæc enim sic conjuncta unicum influxum perficiunt et constituunt in totam operationem, nec seorsum una ab alia operatur aut confluit in effectum, sed influit. Ergo impossibile* est quod, quando egreditur operatio ab habitu, non egrediatur quoad suam substantiam et entitatem ab illo sicut a potentia, siquidem non egreditur ab habitu nisi ut moto a potentia et subordinato concursui illius, et ita si concursus potentiæ est ad substantiam actus, et ipse actus secundum totam entitatem egreditur ab habitu, impossibile est quod talis habitus non sit influxivus in ipsam

*n. 197 sq.

*n. 499 sq.

*n. 178 sq.

substantiam actus, sed solum in aliquem modum aut accidens illius.

- 475 *Consequentia patet*, quia impossibile est quod causa aliqua, quæ solum est productiva accidentis aut modi in aliquo subjecto, deserviat ad hoc ut egrediatur ab ea effectus seu operatio ipsa quoad entitatem et substantiam. Sicut si aliqua causa solum est calefactiva hominis, non potest ab illa procedere homo quoad suam substantiam, etiamsi talis causa adjungatur et simul influat in hominem cum ipsa causa generativa hominis, sed tunc quælibet operatur seorsum id quod suum est. Similiter ergo si habitus solum influit aliquid accidentale* vel modale in actum, impossibile erit quod a tali habitu egrediatur operatio etiam quoad substantiam et entitatem suam; si vero e converso entitas actus egreditur ab habitu, cum per illum producit a potentia, habitus ille influxivus est in substantiam operationis. *n. 461
- 476 XXI — *Antecedens* autem probatur*, quia magis intime determinat potentiam et concurrat cum illa habitus quam instrumentum cum manu movente, et non minus quam species cum potentia visiva ad actum visionis, eo quod determinat indifferentiam* potentiæ et inclinatur ad talem speciem* actus potius quam ad aliam; ergo potentia non* minus utitur habitu ad producendam speciem et entitatem illius actus quam specie repræsentativa, vel manus instrumento; ergo necesse est quod tota entitas et substantia actus procedat ab habitu determinante et inclinante, sicut et a potentia indifferenti, siquidem si solum produceret aliquid accidens* vel modum ipsius operationis, non posset a potentia procedere substantia et entitas actus medio *n. 474
*n. 470
*n. 473
*n. 208 sq.
*n. 461, 475

habitu ita quod egrederetur ab illo, quia ab agente producente solum accidens vel modum, non* egreditur ipsa substantia rei. Cum ergo habitus conjungatur potentiæ ut actualitas* quædam seu vis perficiens ipsam et determinans ad actum talem, verbi gratia*, justitiæ vel religionis, scientiæ vel opinionis, etc., manifestum est quando paritur et egreditur iste actus a potentia, egreditur ab illa tamquam ab actuata et determinata, et consequenter medio habitu procedit entitas operationis. *n. 475
*n. 485
*n. 465, 473

⊙

- 477 XXII — *Quod confirmatur amplius*, quia entitas seu substantia operationis et species illius egrediuntur a potentia, non in quantum indifferentis est et in potentia, sed in quantum actuata et determinata; ergo id quod advenit potentiæ ex parte actualitatis et determinationis ejus ad operandum talem speciem actus debet influere in entitatem actus.
- 478 *Patet consequentia*, quia potentia ipsa est indeterminata* et indifferentis, et in potentialitate ad eliciendum ipsas operationes etiam in substantia et entitate sua, siquidem elicere potest diversas operationes in substantia, et etiam istas elicit cum quadam imperfectione et retardatione et difficultate*. Si ergo potentialitas et imperfectio ejus et indeterminatio* est etiam ad entitatem actus, remotio ergo hujus potentialitatis et indeterminationis, et actuatio, quæ fit per habitum in ipsa* vi potentiæ, influxiva est in substantiam operationis. Ergo talis actualitas non minus influit in actum quoad substantiam quam potentia ipsa quam actuatur, siquidem causa influens in entitatem alicujus operationis non *n. 470, 479, 538
*n. 499
*n. 521
*n. 473

minus influit per id quod actualitas est et in quantum actuata et determinata quam per id quod potentialitatis est et in quantum indifferens.

- 479 XXIII — Quod manifeste patet in auxilio seu concursu* divino actuante et determinante ultimate causam inferiorem ad operandum, quia non minus influit in substantiam operationis quam virtus causæ, quia determinatio et actualitas ejus est tollens indifferentiam ad eliciendam entitatem operationis; ergo eodem modo habitus influet in substantiam operationis, quia determinat indifferentiam potentiæ ad ipsam operationem in substantia eliciendam. Si ergo potentia influit in substantiam actus, cum indeterminata* sit ex se, multo minus¹ in quantum actuata et mediante actualitate ipsa, quæ utique habitus est.

○

- 480 XXIV — Denique hoc ipsum **exemplis manifestatur.**
- 481 Etenim ars, quæ est habitus factivus, concurrat ad ipsam substantiam* seu speciem artefacti, ut artefactum est, quia remota ratione artificiosi, reliquum quod manet solum est entitativum et physicum, quod autem superadditur, artificiosum est. Et licet sine arte possint aliquando fieri opera artis, ut patet antequam addiscatur ars, tamen postquam ipse habitus artis acquisitus est, et cum potentia influit in artificiosum opus, totum quod artificiosum est ab arte est, seu tota species et quidditas artefacti; quia ad totum illud quod in quidditate artefacti est, sive perfectum, sive imper-

¹ Forsan legendum: magis.

fectum, se extendit directio artis, et de omni illo judicat et dirigit et præcepta tradit; ergo omnem illam substantiam artificialem attingit.

- 482 Sicut etiam habitus scientiæ omnem speciem actus scientifici tangit, nec solum dirigit aut illuminat modum aliquem actus aut perfectionem illius, sed totam speciem* actus et quod imperfectum in illo est, licet enim ad illud simpliciter non sit necessarium, tamen si ponatur, etiam ad illam entitatem concurret.
- 483 Et similiter si unus potest de solo portare* lapidem, tamen si alter adjuvet, etiam concurret ad substantiam portationis et motus quasi unum concursum cum alio constituens.
- 484 Et gladius obtusus scindere potest; si autem acuatur, illa major acuties et actuatio concurrat ad totam scissionem et substantiam actus dividendi.
- 485 Ergo cum habitus sit quasi acuties* seu acies potentiæ, qua magis* actuatur et perficitur, quando procedit in operationem, tota illa entitas actus a potentia et habitu emanat*, a potentia ut a vi radicali et prima, ab habitu ut ab actuante et aciente potentiam et determinante ad talem speciem* actus ut perfecte fiat.
- 486 XXV — Nihilominus, licet actus seu operatio etiam quoad substantiam egrediatur ab habitu determinante, sicut et a potentia universaliter influente, tamen sub diversa ratione formali* procedit ab habitu quam a potentia.
- 487 Nam *a potentia* procedit actus secundum universalem* rationem, quatenus actus talis generis est, verbi

gratia, a voluntate quatenus voluntarius potius quam cognoscitivus, vel e converso, et similiter quantum ad entitatem et substantiam actus primo et per se producendam seu eliciendam quomodocumque, sive imperfecte, sive perfecte, et sic respicit substantiam actus absolute et sine aliquo additamento vel peculiari aliqua ratione formali.

488 At vero *habitus*, cum determinet potentiam erga specialem aliquam operationem, respicit substantiam actus, non secundum universalem et genericam rationem, sed sub determinata et speciali; et rursus hanc specialem respicit non* quomodocumque faciendam, sed perfecte ex parte actus, et prompte ac faciliter ex parte potentiae* in modo agendi, ita tamen quod ly perfecte ex parte actus non excludat substantiam actus quae etiam ab habitu egreditur, nec dicat aliquem accidentalem* modum tantum, sed quidquid ad perfectionem operationis vel effectus potest pertinere, ut scilicet fiat determinate ista* species actus potius quam alia, fiat prompte, faciliter, majori cum inclinatione, intensione aut proportione, brevitate, perfectione, etc.

489 Ad totum hoc concurrat habitus sub modo* determinandi et convenienter disponendi potentiam ut totum illud faciat perfecte, quia si potentiam disponit convenienter et determinat atque adjuvat ut operetur, consequenter ad faciendum operationem perfecte habitus inclinatur et sub hoc modo et formalitate respicit. Nec est necesse* illi assignare specialem modum correspondentem ex parte rei factae et in ipsa relucentem, sed ex modo faciendi et operandi, quia hoc facit habitus convenienter disponendo potentiam, et consequenter tenendo se ex parte modi operandi, ut jam dicemus.

* * *

SOLVUNTUR ARGUMENTA

- 490 **XXVI — Primo arguitur** fundamento Vazquez*, quia impossibile est quod concurrant duo* agentia seu virtutes per se subordinatae ad aliquem effectum nisi in ipso effectu resplendeat* aliquid correspondens uni et aliquid correspondens alteri; sed substantia actus etiam sumpta specificative et quantum ad ultimam differentiam correspondet potentiae, et ab illa procedit et elicitur; ergo non potest talis actus quoad substantiam correspondere habitui, sed aliquid praeter* substantiam debet ei correspondere. *n. 450, 441, 495, 500
- 491 *Minor probatur*, quia in ipsa substantia actus, etiam specificè considerata, nihil est quod ab intellectu solo non possit fieri sine habitu, nam manifeste patet quod habitus generatur in intellectu per actus similes; ergo prius dantur actus talis speciei procedentes ab intellectu quam detur habitus, siquidem generatur per illos; ergo intellectus etiam sine habitu et ante habitum ipsum acquisitum potens* est influere in totam substantiam actus; ergo habitus superveniens et influens cum potentia nihil habet quod specialiter sibi in ipso actu correspondeat, quia concurrat (ut diximus*) ad substantiam, et haec tota correspondet* potentiae, siquidem potest fieri a potentia sine habitu. *n. 178 sq., 433, 458 sq., 504
- 492 *Major* autem probatur*, quia in causis per se subordinatis, oportet quod quaelibet causa per se influat et per se requiratur ad talem effectum; ergo aliquid in effectu correspondet et est reducibile in unam quod non in aliam: si enim unum et idem redu-

citur in duplicem causam, altera earum superfluit, siquidem etiam sine illa fieret; ergo non per se requiritur, nec sunt causæ per se subordinatæ, sed per accidens* ^{*n. 505} concurrentes, sicut* duo portantes lapidem, quorum ^{*n. 483, 506} quilibet sufficiens est ad portandum, tunc enim non subordinatur unus alteri per se, sed per accidens influunt.

493 Et multo minus quando causa est totaliter per accidens, ut quod homo musicus* generet hominem, ly ^{*n. 506} musicus non influit in generationem. Potentia autem et habitus operantur per se et cum subordinatione per se in operationem, quia habitus non potest operari sine potentia, et solum ut subordinatus illi; ergo si aliquid influit, per se influit; ergo non reducitur actus in ipsum quoad substantiam, siquidem in hoc sufficienter correspondet potentiæ et in illam reducitur.

○

494 XXVII — **Respondetur*** majorem esse veram, ^{*n. 490} quando concurrunt plures causæ ut distinctæ, non quando ex pluribus distinctis fit una* causa et integra virtus ^{*n. 495, 506} atque perfecta. Tunc enim pro indiviso eadem res et idem prædicatum et modus ex parte rei factæ correspondet utrique principio, et solum* est diversitas ex ^{*n. 498} parte modi operandi seu ex parte rationis formalis* sub ^{*n. 486} qua tendendi, quia ad illudmet prædicatum et rationem tendit hoc et tendit illud, sed diversis viis et tendentiis, nec oportet diversum prædicatum aut rem ex parte rei factæ correspondere uni et alteri, sed totum quod uni etiam et alteri, sub diversa tamen tendentia et via, et solum dicitur diversus terminus diversitate formali terminandi, non diversa ratione essendi, quia videlicet

diverso modo terminat, ut stat sub tali tendentia et via ad ipsum, sicut quando per diversas causas adæquatas divisim aliquid producitur, sicut, verbi gratia, idem ubi acquiri potest per ascensum et per descensum, qui sunt diversi motus, nec tamen res diversa aut prædicata diversa producunt, sed idem* sub diversis respectibus. ^{*n. 521}

495 XXVIII — Quando ergo plura principia ad eundem effectum vel operationem concurrunt taliter quod illa non constituunt diversas causas, sed unam* et ^{*n. 494} eandem perfectius actuatam et determinatam, non* ^{*n. 490} est necesse quod diversa prædicata resplendeant in effectum, quæ reducuntur ad illa principia, et unumquodque ad suum principium reducibile sit, sed quidquid reducitur ad unum pro indiviso reducitur ad aliud, sub diverso tamen modo, quatenus hoc perficit et adjuvat illud ut perfectiori modo tendat in eundem effectum.

496 Sicut concursus* et auxilium divinum primæ causæ ^{*n. 479} actuans causam inferiorem ad agendum totum quod attingit causa inferior attingit, et omnia prædicata quæ correspondent uni correspondent alteri, licet sub modo altiori causæ primæ, eo quod ad eadem prædicata effectus ad quæ respicit causa inferior cum potentialitate et indeterminatione respicit auxilium cum determinatione et actualitate.

497 Et similiter anima, quæ est radix* potentiæ, et ^{*n. 402} ipsa potentia ad eadem prædicata actionis influunt.

498 Et in universum omnes causæ seu virtutes, quarum una se habet ad aliam ut determinatio et actualitio alterius (sicut acuties* ad vim ferri scissivam), ^{*n. 485}

totum quod correspondet uni correspondet alteri ex parte rei factæ, licet non* ex parte modi efficiendi. *n. 494

499 XXIX — Idem proportionaliter dicimus de habitu acquisito, qui non* elevando ad superiorem ordinem, sed perficiendo intra eundem determinat et juvat potentiam ad producendum actum, et sic influit in totum illud quod ipsa potentia potest facere difficile*, et per habitum expedite. Cum autem potentia sola facit et cum difficultate facit, utique substantiam ipsam actus, et quidquid est in actu annexum* difficile facit. Ergo si hoc ipsum mediante habitu expedite facit, ipse habitus in totum illud actus influit, licet sub ratione* magis determinata* et perfecta et actuata. *n. 407
*n. 478
*n. 482
*n. 488
*n. 458,
474 sq.

500 XXX — Addo quod cum habitus influat in operationem simul cum potentia, licet sub ratione magis determinata et prompta, seu adjuvando potentiam, etiam possumus ex parte operationis seu effectus aliquid assignare* quod correspondeat habitui et in illum reducatur, et aliquid quod potentiæ, non quidem materialiter, sed formaliter*, scilicet eadem res vel prædicatum sub diverso respectu, scilicet in quantum perfectum aut perfecte factibile a potentia. Cum enim operatio aliqua vel effectus possit fieri et perfecte et imperfecte, idem effectus secundum se consideratus correspondet potentiæ et habitui, sed ut perfecte* factus habitui, ut imperfecte potentiæ nudæ seu privatæ habitui. *n. 441, 490
*n. 486
*n. 501

○

501 Et cum instatur quid sit ly perfecte*, an ipsa substantia actus vel effectus, an modus superadditus et quid sit. *n. 500

502 XXXI — Respondetur quod in ly perfecte clauduntur omnia quæ debita sunt rei in substantia et accidentibus, et in quantum hæc faciunt statum perfectum in ipso effectu seu operatione, sub hac formalitate respiciuntur ab habitu, quia ad hoc tendit ut res vel operatio fiat sub tali statu et sub tali convenientia per se loquendo, eo quod potentia sola sine habitu non* potest per se loquendo ad perfectum adducere, licet aliquando faciat, quasi per accidens et irregulariter. *n. 506

503 Unde nec est sola intensio* actus vel ejus singularitas*, aut promptitudo sola vel facilitas in operando, quatenus se tenet ex parte potentiæ, sed quidquid in operatione vel effectu est ut in debito et perfecto statu sit sub hac ratione perfecti attingitur ab habitu, etiam ipsa substantia actus, et sub hac formalitate* reducitur ad habitum, licet substantia actus secundum se aut sine tali perfectione et statu possit fieri a potentia*. *n. 451 sq.
*n. 454
*n. 486, 488,
500
*n. 487

504 Et hoc modo recte dici* potest quod substantia actus correspondet potentiæ, sumendo substantiam secundum se et sub statu informi, sub statu autem perfecto correspondet habitui, ita tamen quod habitus etiam in entitatem operationis influit, non informem, sed formatam et perfectam. Sed quia in hac ratione perfecti est magna latitudo, et aliquando potest magis vel minus perfecte fieri, etiam habitus potest magis vel minus perfecte facere; semper tamen sub aliqua perfectiori ratione facit, et perfectior aliquis status in operatione vel effectu correspondet* habitui. *n. 491
*n. 500

505 XXXII — Unde non concurrit ut causa per accidens* ad substantiam actus, sed per se, non absolute, sed* prout conduit ad perfectum statum ejus etiam ipsa substantia actus. *n. 492
*n. 522

- 506 Et hæc perfectio non* potest fieri a sola potentia. *n. 502
 Unde non* se habent habitus et potentia sicut duo por- *n. 483, 492
 tantes lapidem, quorum quilibet æque potest totum
 portare, sed sicut* duo portantes lapidem, quorum *n. 483, 512
 neuter potest perfecte, sed unus adjuvat alium ut per-
 fecte possit fiatque una* causa integra ex illis. *n. 494 sq.
 Quamvis sit differentia quod duo portantes lapidem in diversis
 partibus applicant suos effectus, et non indivisibiliter
 eundem impulsus emittunt. Habitus autem ita invis-
 ceratur intime in potentia ut ad eundem indivisibilem
 actum et effectum, et pro indiviso cum potentia con-
 currat, licet sub alia formalitate*. Homo autem musi- *n. 486,
 cus* ita se habet quod musica respectu generationis 503 sq.,
 nihil conducit, neque quoad substantiam, neque quoad *n. 493
 perfectionem.

★ ★

- 507 XXXIII — **Secundo arguitur:** Habitus super-
 veniens* potentiæ supponit in ipsa virtutem ad influen- *n. 491
 dum active in operationem, non solum inchoative, sed
 etiam sufficienter: siquidem de facto ante generatum
 habitum potentia sola* actus producit, ex quibus habitus *n. 178 sq.,
 generatur; ergo habet sufficientem virtutem ad produ- 433
 cendum illos.
- 508 Adveniente ergo habitu, *vel* crescit illa virtus
 potentiæ in eadem linea et ordine potentiæ, et quasi
 activitas et virtus ejusdem* speciei et rationis cum *n. 520
 potentia, *vel* alterius speciei.
- 509 *Non ejusdem*, quia habitus specie differt a poten-
 tia, nec* potest virtus potentiæ magis vel minus crescere. *n. 580, 641

- 510 *Non* alterius*, quia tunc non influet in effectum *n. 521
 ejusdem speciei, scilicet in eandem substantiam et
 entitatem actus, sed in aliquem modum vel aliquid
 superadditum* actui. *n. 444, 490
- 511 Nec assignari potest quomodo influat activitas
 diversæ speciei in eundem numero effectum, nisi vel
 sit causa instrumentalis alterius, vel* una particularis *n. 514
 et alia universalis.
- 512 Si enim partiales causæ sunt, debent esse ejus-
 dem speciei, ut duo* homines portantes, et tunc per *n. 494 sq.,
 accidens concurret utraque causa, et aliquid corres- 506
 pondebit uni quod non alteri, totales vero et adæquatæ
 causæ esse non possunt.
- 513 XXXIV — Si vero dicatur esse causa instrumen-
 talis* ipse habitus respectu potentiæ, oportet quod *n. 511, 426
 aliquid operetur secundum se et aliquid ultra se ex
 participatione causæ principalis, quod certe assignabile
 non est; et similiter ipsa causa principalis se sola operari
 non poterit actum: sicut artifex sine instrumento non
 operatur, cum tamen potentia sola faciat actum.
- 514 Similiter non se habent ut* causa universalis et *n. 511, 522
 particularis, siquidem potentia sine habitu producit
 actum, causa autem universalis* ut sol¹ non producit *n. 523
 hominem sine causa particulari.
- 515 **Quod si dicatur** habitum solum dispositive* in- *n. 409, 525
 fluere ut prompte et facilius potentia operetur, **contra**
est, quia ad hoc sufficit quod ipsam potentiam dis-

¹ Cf. In II *Phys.*, lect. 4, n. 10.

ponat et tollat impedimenta* ut possit ipsa vis potentiae *n. 434
sola influere, sicut qui removet lapidi impedimenta ut
descendat non est necesse quod addat vim et activita-
tem gravitati.

516 Et praesertim* hoc patet, quando habitus in una *n. 526
potentia existens disponit ut alia operetur, sicut religio
existens in voluntate facit ut intellectus actum orationis
eliciat, qui religiosus est, tunc enim non elicit cum in-
tellectu active*, sed pure disponit extrinsece ex parte *n. 525
voluntatis ut applicetur intellectus.

517 **Confirmatur***, quia habitus est causa aequi- *n. 527
vocata actus: differunt enim specie actus et habitus;
ergo si habitus procedit ex actu, non poterit ex habitu
generari actus, quia in causis aëquivocis¹ non datur
reciprocatio: sol enim generat hominem, sed non homo
solem.



518 XXXV — **Respondetur*** habitum supponere in *n. 507
potentia sufficientem virtutem ad producendum actum,
sufficiencia indifferenti et indeterminata* et imperfecta, *n. 488, 499,
concedo; sufficiencia convenienter disposita et perfecte 524
determinata* et actuata, *nego*. *n. 502

519 Et licet potentia sine habitu producat actum, *n. 505
siquidem per illum generat habitum, non tamen eodem
modo, nec ita perfecte, etiam* quoad substantiam.
Sicut puer potest portare aliquid aut motum efficere et
currere, et adolescens potest generare, sed non ita
perfecte sicut vir.

¹ Cf. Iam, q. 13, a. 5 ad 1.

520 XXXVI — **Ad replicam***, quod adveniente habi- *n. 509
tu non crescit virtus potentiae in specie et linea poten-
tiae, verum* est, crescit tamen in actualitate et determi- *n. 580, 641
natione et convenienti dispositione potentiae. Sicut
etiam concursus* Dei datus potentiae et causae creatae *n. 479
non addit novam partem vel speciem potentiae, quia
virtus potentiae indifferens et indeterminata est, et si
illa virtus quae adderetur potentiae per habitum esset
ejusdem speciei cum potentia, esset etiam indifferens
et indeterminata, ac per hoc non determinaret nec
magis actuaret potentiam.

521 Est ergo activitas quam superaddit habitus dis- *n. 510
tincta* speciei a potentia, sed non est species distincta
disparate se habens, sed determinativa indifferentiae
et virtutis ejus ad illos ipsos effectus ad quos potentia
se extendit, et ideo licet sit habitus specie diversus
a potentia, potest tamen adjuvare illam et influere cum
illa in eandem speciem et substantiam actus, quia ut
sit activitas specie diversa, sufficit quod diverso modo
et sub diversa ratione formali* tendat in operationem *n. 486
vel effectum, licet effectus idem* sit, quia videlicet tendit *n. 494
ut causa magis determinata et restricta et magis parti-
cularis ordinata ad determinandum et particularizan-
dum indifferentiam potentiae, et sic non concurrat
eo modo quo illa, scilicet ita universaliter* et indiffe- *n. 487
renter*, sed magis particulariter et determinate ad *n. 478
eundem tamen effectum.

522 Unde assimilantur* isti influxus habitus et poten- *n. 514
tiae causae universali et particulari, quantum ad hoc
quod potentia est vis magis universalis et indifferens et
ad plures* species actuum se extendens, habitus autem *n. 470, 473
ad aliquam determinatam speciem coarctatur ad quam

- perficit et acuit potentiam, ejus indifferentiam determinando et actuando, non absolute* et adæquando ipsam virtutem potentiæ (indifferens est), sed secundum vim determinantem et actuantem ad talem speciem actus particularem, et ita ad eandem speciem et substantiam actus ad quam concurrat potentia ut vis indifferentis et universalior, concurrat habitus ut determinata et actualior. *n. 505
- 523 XXXVII — **Et cum dicitur*** quod in causis universalibus, causa ipsa universalis se sola non producit totum effectum sed conjuncta causæ particulari, **respondetur** quod *aliquando* potest causa universalis sine causa particulari producere totum effectum causæ particularis, *aliquando non*, sicut sol potest generare herbam et murem et alia animalia imperfecta se solo, etiam sine concursu et influxu talium animalium, aliquando vero non potest, sicut non* potest se solo generare equum vel hominem, non intervenientibus istis particularibus agentibus. *n. 514
- 524 Sic potentia universalis* et indifferentis potest se sola sine habitu producere actus sui ordinis naturalis, quia respectu istorum habet virtutem sufficientem, licet imperfectam* et non convenienter dispositam et determinatam. Sicut ensis obtusus potest* scindere, sed imperfecte et difficulter, si autem acuatur, scindet perfecte, et potentia si acuatur* per habitum operatur convenienter. Aliquando autem non potest aliquid operari potentia nisi interveniente* habitu, ut in actibus supernaturalibus, licet in his potentia per habitum elevetur*, sol autem quando cum homine operatur non elevatur. *n. 522
*n. 518
*n. 484
*n. 429, 485, 541
*n. 288, 442
*n. 406

- 525 XXXVIII — **Ad aliam vero replicam***, quod ad hoc sufficit habitum dispositive* se habere, non active, *respondetur* non posse disponere activam potentiam ad agendum nisi activitate aliqua, quia determinatur et actuatur indifferentia potentiæ ut agat*, et talis determinatio cum sit in genere et linea activitatis, activitas esse debet*. Nam dispositiones etiam activæ esse possunt, quando videlicet disponunt ad agendum. *n. 515
*n. 409, 412
*n. 167, 415 sq.
*n. 415, 416
- 526 Et quando virtus existens in una potentia extendit* se ad operandum et eliciendum in alia, oportet id fieri per aliquam diffusionem virtutis suæ, seu redundantiam in illam per quam illa alia potentia perficitur et confortatur, ut docet D. Thomas (Ia-IIæ, q. 56, a. 2), et nos ibi explicabimus. *n. 516
- 527 XXXIX — **Ad confirmationem***, *respondetur* quod actus et habitus proprie non comparantur ut causa et effectus æquivocus, quia actus proprie non est causa habitus, sed potentia per actus* tamquam per causalitatem. Unde servatur illa proportio de causa æquivoca et effectu inter potentiam et habitum, quia potentia generat habitum, non habitus producit potentiam. *n. 517
*n. 175, 407
- 528 Respectu vero actuum non est quod servetur*, quia actus causa non est, sed causalitas. Verificatur tamen quantum ad hoc quod habitus non producit eos actus a quibus generatur, nec eo modo, sed alios eosque perfectos. Sicut etiam sol producit radios directos, et ex illis reflexi producuntur, non ad producendos eosdem directos, sed ad reflexos, et per eos vehementiorem lucem et calorem augendum. *n. 527

* *

- 529 **Tertio arguitur** ad probandum quod habitus concurrat ad solam substantiam actus cum potentia, non ad modum magis* perfectum, verbi gratia, quod habitus ut quatuor concurrat cum potentia solum ad operationem ut quatuor, si vero aliquid ultra illa quatuor producat, id non* esse ab habitu, sed a potentia*, et sic habitus nunquam influit in rationem perfectiorem, sed in id quod æquatur* potentiæ. *n. 458, 543
- 530 **Et ratio est**, quia nulla causa potest agere ultra activitatem suam; sed habitus ut quatuor est inferioris activitatis quam actus perfectior ut sex; ergo non potest illum producere, sed ille major excessus a quatuor ad sex erit a potentia, non ab habitu. *n. 451
- 531 *Patet consequentia*, quia non est aliud principium a quo possit provenire. Et a simili constat, quia antequam esset generatus habitus ut quatuor, actus illi ut quatuor quibus fiebat procedebant a sola potentia; ergo ut postea generetur habitus ut sex, etiam ille major excessus ut sex erit a potentia, siquidem ita se habent actus ut sex ad generandum habitum ut sex, sicut actus ut quatuor ad generandum habitum ut quatuor; ergo a quo principio procedunt actus ut quatuor et habitus ut quatuor, procedent etiam actus ut sex et habitus ut sex. *n. 533
- 532 **Et a simili, idem patet** in habitibus supernaturalibus. Nam si est charitas ut quatuor in voluntate, non poterit producere actum ut sex nisi roboretur et superaddatur ei aliqua virtus ab auxilio divino ut possit in actum perfectiorem prorumpere; ergo ad perfectiorem modum operandi semper indiget habitus *n. 451

- aliquo perfectiori principio roborari: in naturalibus quidem a potentia* quæ est causa generativa habitus, in supernaturalibus* autem ab auxilio divino, quia Deus est causa infundens habitus supernaturales. *n. 529
*n. 547
- 533 **XL — Ex hac autem doctrina**, quæ certa videtur, deducitur ulterius argumentum ad probandum non* dari habitum acquisitum ad producendam operationem perfectam magis quam producat potentia, sed ad producendum idem quod potentia, atque adeo ad substantiam* actus dari. Quidquid vero perfectioris modi est, a potentia* est. *n. 543
*n. 541
*n. 529
- 534 **Et ratio est quia**, si datur habitus ut duo vel ut quatuor, tota illa perfectio a potentia processit, siquidem acquisitus et generatus est habitus ille a potentia per actus similis perfectionis. Ergo si habitus solum potest in actum perfectum ut quatuor vel ut duo, non* respicit aliquam diversam perfectionem in actu quam ipsa potentia, atque adeo idem facit quod potentia, non aliquid perfectius, siquidem jam ipsa potentia produxerat* actus illos in eadem perfectione in qua est generatus habitus, scilicet ut duo vel ut quatuor. *n. 542
*n. 531
- 535 **Si autem habitus respicit aliquam majorem perfectionem** in actu producendo, verbi gratia, si est habitus ut quatuor quod producat actum ut sex, ille major excessus et perfectio non potest esse ab habitu illo ut quatuor, sed debet a potentia roborari ut procedat in actum ut sex; ergo nunquam verificatur quod habitus respiciat majorem perfectionem* in actu pro ratione formali quam ipsa potentia, sed idem prorsus facit quod potentia. *n. 529, 458

- 536 **Confirmatur*** in artibus quæ inclinant ad faciendum effectus artificiosos. Nam tota substantia artefacti, ut talis, distinguitur ab eo quod naturale est; ergo non reducitur in principium naturale quod est potentia, sed in artem quæ est habitus. Tota ergo substantia* effectus artificiosi est ab habitu. *n. 548
*n. 481

○

- 537 **XLI — Respondetur*** verum esse quod in intentione actus producendi non potest habitus se solo virtutem dare ad excessum superexcedentem, verbi gratia, habitus ut quatuor ad actum ut sex; sed nascitur ille major excessus ex majori conatu potentiæ ad utendum illo habitu et applicandum se ad operationem. *n. 529

- 538 Quod vero conatus et applicatio sit major, non nascitur ex sola potentia, quia potentia est virtus indifferens et indeterminata* ad majorem vel minorem conatum operandum, et ideo semper indiget applicante et determinante et excitante ut de facto majorem conatum et applicationem habeat. *n. 478

- 539 Causa autem applicans et excitans est *vel* objectum* fortius movens, *vel* passio vehementior, *vel* Deus majori vi concurrens, *vel* causa extrinsece proponens et persuadens, aut aliquid simile, unde videmus quotidie oriri in nobis vehementiam et conatum ad agendum. *n. 209

- 540 Et ad hoc etiam multum disponit* ipse habitus, qui etiam si sit minoris* intensionis, verbi gratia, ut quatuor, tamen quia jam potentia ipsam determinavit, actuavit et faciliorem reddidit ad operandum, etiam magis disposuit ut ampliorem conatum et concursum *n. 547
*n. 529

recipiat a causis applicantibus, et a Deo, quam si maneret potentia sine habitu in sua cruda et totali indifferentia.

- 541 Et sic semper habitus disponit et perficit, et veluti acuit* potentiam ad perfectius operandum, et non solum ad substantiam actus quomodocumque* faciendam, quia non* solum inclinat potentiam ad faciendum actum cum intensione æquali*, sed etiam disponit ad superexcedentem*, quam magis habilitat ad concursum et applicationem majorem et ad majorem conatum, quia conaturalius est quod talis conatus et concursus major detur potentiæ jam actuatæ et determinatæ per habitum, etiam minus intensum, quam potentiæ pure indifferenti et indeterminatæ*, quæ de se non inclinat determinate ad perfectum, sed indifferenter ad perfectum vel imperfectum, et hoc cum difficultate, habitus vero determinate semper ad perfectius, vel in intensione, vel in facilitate et promptitudine, unde communiter oritur major intensio. *n. 429, 485
*n. 488, 533
*n. 529
*n. 451
*n. 529
*n. 478, 538

- 542 **XLII — Quando ergo dicitur*** quod habitus solum inclinat ad actum æque intensum, ad quem etiam potentia sola sufficit, siquidem talem habitum per similes actus produxit, **respondemus** inclinare habitum ad similes et æque intensos actus, distingo: ad æque intensos tantum et eo modo quo potentia, *nego antecedens*; ad æque intensos meliori* modo quo potentia et cum dispositione majori* ad intensiores producendos, *concedo*. *n. 534
*n. 458
*n. 541

- 543 Ex hoc autem non* sequitur quod habitus solum influat in entitatem actus vel in illam intensionem quam etiam efficit potentia, non* autem influat in perfectionem *n. 533
*n. 529

actus sub ratione perfectioris modi influendi. Itaque potentia efficit actus in substantia et in ea intensione et gradu quo producuntur habitus, verbi gratia, ut quatuor vel ut sex, sed in hoc ipso influxu procedit et influit* habitus diverso modo quam potentia. *n. 541

544 Nam potentia procedit et influit ut magis indifferens, minusque determinata et actuata et secundum generalitatem* potentialem et imperfectam. Unde oritur quod minus facile et prompte operetur de se eisdem actus tam in entitate quam in illa intensione in qua generatur habitus. *n. 487

545 Ipse autem habitus actuat et determinat potentiam, tollitque ejus indifferentiam ad talem speciem seu entitatem (habitus quippe ad speciem* actus datur et ad illam per modum actus primi* determinat et inclinat potentiam; ad individuum autem et ad exercitium actus non tollitur indifferentia per habitum, sed per concursum*); et inde oritur quod promptius et facilius agat, quia actualius et cum majori determinatione. *n. 350, 473
*n. 169 sq., 358, 999
*n. 198 sq.

546 XLIII — Et ulterius etiam disponit ut intensiores actus producantur, quia licet ejus activitas solum sit ut quatuor et ad actus ut quatuor, tamen habilitat potentiam et disponit* ut melius applicetur ad majorem et fortiolem conatum, ex quo sequitur actus intensus ut sex vel ut octo, eo quod cum per habitum sit magis actuata potentia minusque indeterminata* ad illam speciem actus, consequenter habilior redditur ut in fortiolem conatum prorumpat quam si sic actuata et determinata non esset; semper* ergo habitus respicit perfectiori modo, id est, actualiori et magis determi-

nato magisque habitato ad intensiores actus procedere quam sola potentia.

547 Et ita fatemur quod tam in actibus supernaturalibus quam acquisitis major excessus et intensio super intensionem habitus non* procedit a sola activitate habitus, quæ inferior est, sed a majori conatu proveniente in supernaturalibus* a majori auxilio, in naturalibus a potentia, non utcumque, sed ut applicata* et excitata vehementioribus objectis, eorumve persuasione et ostensione, vel majori Dei concursu, aut favorabilioribus circumstantiis. Ad quæ omnia valde conducit* et habilitat etiam ipse habitus, siquidem tam potentia quam habitus prorumpunt in illum majorem conatum, et applicantur ad actum intensiorem tanto melius quanto potentia ipso habitu magis expedita et actuata manet quam habitu destituta: melius enim est disposita etiam ad vehementiorem conatum. *n. 537
*n. 532
*n. 538 sq.
*n. 540 sq.

548 XLIV — Ad confirmationem*, respondetur non solum ab habitu artis provenire actum vel effectum artis, sed etiam* a potentia, licet imperfecte et minus disposite, siquidem potentia acquirit habitum artis per similes actus; ergo ante potentiam illos elicit sicut in quolibet alio habitu. Postquam autem productus est habitus artis, ille concurrat ad ipsam substantiam et speciem actus artificiosi sub promptiori et faciliori modo, sicut in aliis habitibus in ordine ad suos actus dictum est. *n. 536
*n. 481
*n. 541

ARTICULUS V

DE AUGMENTO EXTENSIVO HABITUUM

549 I. — Ex duplici habitudine quam dicit habitus, scilicet ad subjectum in quo est, et ad objectum circa quod est, nascitur duplex modus augmenti, alter *extensionis* circa objecta materialia ad quæ se extendit sub eadem* semper ratione formali a qua sumitur unitas specifica, et ideo ista non crescit nec variatur, alter *intensionis* circa subjectum, in quo firmior et intensior redditur habitus. *n. 578, 614, 628 sq., 638

550 Fit *extensio* penes diversa objecta materialia procedendo de uno ad aliud, et ideo dicitur fieri per additionem*, non partium seu entitatum quibus componatur intrinsece, sed per additionem extrinsecam objectorum ad quæ tamen respectum habet ipse habitus. *n. 581

551 Fit *intensio* non penes diversa subjecta vel partes* subjecti, qui eas non requirit, sed etiam in una eademque parte, et in eodem indivisibili subjecto et puncto potest eadem qualitas intendi et remitti, id est, firmior et radicator reddi in subjecto. *n. 730

★ ★

552 II. — De his modis augmenti late egimus¹ in libris *De Generatione*, quantum ad intensionem præsertim, et aliquid etiam de extensione tetigimus; et in

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 1-3, II (Reiser), p. 635-659.

*Logica*¹ egimus de unitate scientiæ in esse qualitatis et entitatis, quomodo videlicet maneat una entitative, licet extendatur ad plures conclusiones quæ per diversa* media sciri debent, et diversis speciebus intervenientibus quibus scientia utitur et quas ordinat ad intelligentiam conclusionum. *n. 643 sq.

○

553 In præsentī solum aliquibus interrogationibus et dubiis discurremus circa explicationem augmenti extensivi; in sequenti* articulo, intensivi. *n. 730 sqq.

● ● ●

DATUR AUGMENTUM IN HABITIBUS

554 III. — PRIMO ERGO QUAERITUR, an sit certum habitus augeri tam augmento extensivo quam intensivo.

* * *

555 Respondetur certum esse loquendo in genere quod habitus augeantur, licet ex diversis principiis.

★ ★

556 Nam in *habitibus infusis* constat ex Scriptura, in acquisitis, experientia*. *n. 559

○

557 Constat primum ex ipsa Scriptura*, nam de charitate dicitur (*Philip.* 1, 9): *Oro, ut charitas vestra magis* *n. 556

¹ *Curs. Phil.*, Log., II P., q. 27, a. 2, I (Reiser), p. 836-838.

ac magis abundet; et (Eph. 4, 15): In charitate, crescimus. — De fide habetur (Luc. 17, 5), ubi dixerunt Apostoli ad Dominum: Adauge nobis fidem. — De gratia seu justificatione habetur (Apoc. 22, 11): Qui justus est, justificetur adhuc.

558 Et de fide, spe et charitate simul orat¹ Ecclesia ad Deum: "Da nobis, Domine, fidei, spei et charitatis augmentum".



559 IV. — Secundum constat ex ipsa experientia*, quia videmus effectus procedentes a magis exercitatis et assuetis esse perfectiores et auctiores; ergo et habitus ipsos: ex perfectione enim effectuum perpendimus causarum perfectionem. *n. 556

560 Nec est ratio cur habitus infusi augeri* possint et non habitus acquisiti, qui magis ex actibus dependent et ab eis acquiruntur. Ergo si dantur actus perfectiores et auctiores in promptitudine, facilitate, extensione et intensione, etiam et habitus ipsi magis augebuntur, siquidem ex actibus generantur aut meliorantur habitus, et ex habitibus rursus alii actus procedunt. *n. 557 sq.

* * *

561 V. — Quod autem in hoc augmento habituum inveniatur extensio et intensio, etiam ipsa experientia et discursus manifestant.

¹ Oratio Dom. 13 post Pent.



562 Videmus enim in scientiis proficere hominem dupliciter.

563 Tum capiendo notitiam plurium objectorum seu conclusionum quas antea ignorabat, et hæc extensio* quædam est, quia plures notitiæ habentur, et posse in plura extensio potestatis est. *n. 550, 633

564 Tum etiam eandem veritatem profundius et vehementius penetrando, magisque ac magis illi adhærendo, quod augmentum non est extensionis, sed meliorationis, quia non erga plura dilatatur, sed in eodem firmatur et radicatur. Et hoc vocamus* augmentum intensionis, quia intensio est melioratio* circa idem. *n. 551
*n. 869

565 Similiter in habitibus infusis, aliquando actus ferventiores procedunt, et promptius ac delectabilius vel fortius, aliquando etiam fides firmiorem se sentit et abundantius erga credibilia fertur, quod est augmentum intensionis et meliorationis circa idem.



AUGMENTUM EXTENSIVUM EST INTRINSECUM, NON ADDITIONE QUALITATIS, SED MODI

566 VI. — SECUNDO INQUIRES, an ista extensio in habitibus, quam per experientiam* in effectibus eorum agnoscimus, sit formalis et vera additio seu extensio in ipsis habitibus per aliquid intrinsecum; an vero solum sit virtualis aliqua extensio penes aliquid extrinsecum ad quod habitus induat novum respectum; vel quid tandem sit. *n. 559

* * *

567 Respondetur in hoc esse varietatem opinionum, de quibus latissime agit Suarez (*Metaph.*, disp. 44, sect. 11)¹.

* *

568 Censent enim *aliqui* absolute omnem habitum tam intellectus quam voluntatis esse entitative simplicem*, ^{*n. 83, 575} solum vero extensive augeri penes diversos status imperfecti vel perfecti, secundum quos potest in aliqua objecta modo, in quæ non poterat ante. — Quæ est communior sententia Thomistarum, quam tractavimus in *Logica*², agentes de unitate entitativa scientiarum.

569 *Alii* distinguunt de habitibus intellectus et voluntatis, et in habitibus intellectus inveniunt augmentum extensivum propter coordinationem multarum specierum, ex quibus sumuntur notitiæ et repræsentationes diversorum objectorum circa quæ versatur scientia, non in habitibus voluntatis, quæ his speciebus non utitur. — Quæ opinio attribuitur Soncinati (*Metaph.*, VI, q. 9).

570 *Alii vero* tam in intellectu quam in voluntate ponunt admittere habitus extensivum augmentum, sicut virtus temperantiæ* potest esse prompta in abstinendo a cibo et non a potu, crescere vero et extendi ad hoc ut etiam a potu temperet. — ^{*n. 677, 691 sq.} Quod sentit Vazquez (In Iam-IIæ, q. 52, disp. 80, cap. 2) et sequitur Montesinos (In Iam-IIæ, q. 52, disp. 33, q. 2); refragatur vero Lorca (In Iam-IIæ, q. 52, a. 1) et Martinez (In Iam-IIæ, q. 52, a. 2, dub. 1).

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 694-716.

² *Curs. Phil.*, Log., II P., q. 27, a. 2, I (Reiser), p. 830-839.

* *

571 VII. — **Circa modum** etiam quo habitus dicatur extensive augeri, et quid per talem additionem fiat vel accrescat habitui, valde dissident auctores.

⊙

572 *Quidam* enim existimant fieri hoc augmentum per additionem* qualitatis ad qualitatem, ita proprie advenientem et componentem cum alia quod se habeant ut partes unitæ et componentes unum integrum totum, sicut pars caloris in una parte quantitatis componit extensive cum alia existente in alia parte. — Quod nonnullis recentioribus attribuit Suarez¹. ^{*n. 746}

⊙

573 VIII. — *Alii vero* existimant dari quidem plures et diversas qualitates in augmento extensivo, non tamen unione aliqua conjunctas, sed per modum collectionis et coacervationis* plurium qualitatum, quod ibi² Suarez attribuit Scoto³, Gregorio⁴, Gabrieli⁵, Ocham⁶, etc. ^{*n. 607}

⊙

574 Ipse autem Suarez existimat non fieri quidem augmentum extensivum in habitibus per veram et realem compositionem unius qualitatis ad aliam, nec negandum

¹ *Metaph.*, disp. 44, sect. 11, n. 12, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 697.

² *Metaph.*, disp. 44, sect. 11, n. 18, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 699.

³ Cf. *In Prolog. Sent.*, q. 3, dub. 2.

⁴ Cf. *In Prolog. Sent.*, q. 3, a. 1.

⁵ Cf. *In Prolog. Sent.*, q. 9, et *In III Sent.*, dist. 2, q. 2.

⁶ Cf. *In Prolog. Sent.*, q. 1 et 9.

esse dari aliquos habitus simplices, qui possint per suam simplicem entitatem in varia objecta partialia virtualiter extendi et plures actus efficere circa diversa objecta materialia, dari tamen in aliquibus habitibus unitatem compositam per collectionem et subordinationem plurium qualitatum, quæ respectu illius integri habitus censentur habitus partiales*.

*n. 576, 588,
611, 748

575 Ita habet (*Metaph.*, disp. 44, sect. 11, n. 55)¹, et sic de illis habitibus loquendo sequitur sententiam Scoti relatum*, et deserit sententiam S. Thomæ, qui censet istum habitum sic extensum et augmentatum manere simplicem* qualitatem, ut ibidem fatetur².

*n. 573

*n. 568, 586,
629

576 Tandem vero docet³ unitatem scientiæ non esse exactam, sed quasi artificialem, ideoque constare ex pluribus, idemque probabiliter posse admitti in prudentia et arte et in habitibus appetitivis (sic convenit in hac parte cum Vazquez*), et in his habitibus qui habent solum unitatem ex coordinatione* plurium qualitatum dari augmentum extensivum, sed per additionem novæ qualitatis, quæ in se quidem integra* est et aliquando specie diversa a priori, licet respectu totius compositi dicatur partialis*.

*n. 570

*n. 573

*n. 577

*n. 574

⊙

577 IX. — Hæc est explicatio sententiæ Suarez, quam aliqui brevius referunt, dicentes ipsum negare verum et proprium augmentum extensivum in habitibus, quia pro quolibet augmento ponit novam et distinctam

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 711.

² *Metaph.*, disp. 44, sect. 11, n. 56, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 711.

³ *Metaph.*, disp. 44, sect. 11, n. 68-69, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 715.

qualitatem, quæ in se integra* est et simplex. Dicitur tamen augere et extendere priorem quasi collective et artificiose, sicut collectio acervi vel populi augetur per aggregationem ex accessione aliorum, et numerus ex numero superaddito.

*n. 576

578 Quomodo vero in istis omnibus servetur una* formalis ratio sub qua ille habitus seu illa scientia se extendit ad omnia sua objecta, semper est difficile explicatu, cum videamus unam potentiam et unam fidem ad plura se extendere quam illam collectionem habituum; et cum quælibet ex illis qualitibus suam afferat formalem rationem, potius videtur ex omnibus assuta et collecta quam una.

*n. 549, 575,
614

* * *

579 X. — DICENDUM NIHILOMINUS EST de mente D. Thomæ augmentum extensivum habituum non fieri per solam collectionem* plurium qualitatum, nec per compositionem* et unionem realem et intrinsecam diversarum qualitatum inter se, sed penes novum modum* applicantem habitum et rationem formalem ejus ad attingendum aliquod objectum, ubi specialis est difficultas* in tali applicatione facienda.

*n. 573

*n. 572

*n. 583, 675

*n. 591

580 Quod non* contingit in potentiis, quia potentiæ solum operantur ut causæ universales* et indifferentes, quam universalitatem et indifferentiam statim a principio habent. Habitus autem dantur ad determinandum in speciali et facilitandum seu tollendum difficultates. Unde aliquando potest esse difficultas in ipsamet applicatione ad hoc objectum materiale præ alio,

*n. 520, 592,
641
*n. 487

et habere illam sicque applicari ad tale objectum novum extensio est.

★ ★

- 581 XI. — Deducitur hæc resolutio ex D. Thoma, in primis (Ia-IIæ, q. 52, a. 2), ubi distinguit utrumque augmentum in habitibus extensivum et intensivum. Et extensivum augmentum in habitibus docet esse per additionem*, sicut cum aliquis plures conclusiones geometriæ addiscit, augetur in eo habitus ejusdem scientiæ secundum speciem*.
- 582 Explicans (Ia-IIæ, q. 52, a. 2 ad 2) autem quomodo fiat augmentum in illis formis seu habitibus, inquit quod “causa augens habitum facit quidem semper aliquid in subjecto, non autem novam formam. Sed facit quod subjectum participet perfectius formam præexistentem, aut quod amplius se extendat”.
- 583 XII. — Ubi vides pariformiter loqui D. Thomam de eo quod noviter advenit formæ in intensione et extensione, quod scilicet in neutra* acquiratur nova forma, sed solum quod subjectum magis participet formam præexistentem, aut quod amplius se extendat, quod utique pertinet ad novum modum*, si nova forma non est. Et ita si in intensione non acquiritur nisi novus modus, utique nec in extensione*, cum eodem tenore de utroque loquatur.
- 584 Et nihilominus vocat D. Thomas extensivum augmentum augmentum per additionem* et secundum ipsam formam, quia etsi non* fiat additio intrinseca novæ formæ et qualitatis ad formam præexistentem,

fit tamen additio extrinseca*, quia ad novum objectum se extendit; ad differentiam* intensionis, quæ non fit ad novum subjectum, sed in eodem qualitas radicatur, et ita non admittit additionem etiam extrinsecam et ex parte subjecti.

- 585 Dicitur autem per hanc additionem augeri scientiam secundum se ipsam*, quia augetur secundum respectum ad suum specificativum, quod est objectum, quatenus ipsa formalis ratio ad novum materiale objectum applicatur et extenditur, et hæc applicatio seu extensio, cum conveniat ipsi scientiæ et rationi formali ejus per ordinem ad objectum, dicitur convenire ei et augeri secundum se ipsam, non* tamen superaddita nova essentia vel forma, sed nova applicatione, seu modo talis formæ, quia hoc ipsum habet ex sua specifica ratione, ut recte docet Cajetanus (In Iam-IIæ, q. 49, a. 4, n. 8).
- 586 XIII. — Eodem modo loquitur S. Thomas (Ia-IIæ, q. 54, a. 4), ubi aperte dicit in corpore articuli quod habitus in hoc proportionatur potentiæ* quod sicut potentia una existens se extendit ad plura, ita habitus unus existens ad plura se extendit, et licet ex parte eorum ad quæ se extendit habeat multipliciter, tamen quia illa multipliciter est ordinata ad aliquod unum ad quod principaliter habitus respicit, inde est quod habitus est simplex* qualitas, non constituta ex pluribus habitibus, etiamsi ad multa se extendat.
- 587 Et (Ia-IIæ, q. 54, a. 4 ad 3) inquit quod “qui in aliqua scientia acquirit per demonstrationem scientiam conclusionis unius, habet quidem habitum, sed imper-

fecte. Cum vero acquirit per aliquam demonstrationem scientiam conclusionis alterius, non aggeneratur in eo alius habitus; sed habitus qui prius inerat fit perfectior, utpote ad plura se extendens, eo quod conclusiones et demonstrationes unius scientiæ ordinatæ* sunt, et una derivatur ex alia". *n. 659

588 XIV. — Ubi D. Thomas additionem ponit in aliquo extrinsece* adveniente seu perficiente habitum ipsum, non* tamen ita quod sit novus habitus etiam partialiter* adveniens et conjunctus alteri. Hoc enim excludit illud verbum 'aggeneratur'. Constat enim quod aggeneratio non est productio totius, sed novæ partis additio, ut cum igni jam existenti nova pars ignis advenit, aut animal per nutritionem et augmentationem novis partibus crescit. Has igitur partes in extensione formarum sustulit D. Thomas dicens non aggenerari novum habitum, sed præexistentem perfici, quia ad plura applicatur seu extenditur. *n. 584
*n. 583
*n. 574

589 Et multo magis exclusit additionem supervenientium habituum totalium, dum dicit¹ esse habitum sic extensum simplicem* qualitatem, non ex pluribus habitibus constitui. *n. 83, 575, 586

★ ★

590 XV. — Ratio et fundamentum hujus* tradi non potest nisi supponendo quod augmentum hoc in aliquibus* habitibus debet intrinsece fieri in ipso habitu, et non solum per extrinsecam* appositionem et additionem novæ materiæ, quia habitus operativi (de quibus nunc loquimur præcipue) sunt quædam dispositiones *n. 579 sq.
*n. 642 sq.
*n. 592, 635, 644, 646

¹ Cf. Iam-IIæ, q. 54, a. 4.

potentiæ determinatæ ad aliquam speciem* operationis, quæ versari solet circa plura et diversa objecta materialiter et partialiter se habentia intra illam speciem, ut facile videre est in scientiis aliisque virtutibus quæ diversa objecta tangunt sub eadem ratione formali. Imo et in potentiis id apparet, quæ unica formali ratione tangunt valde diversa objecta, ut visus tot colores, auditus tot sonos, intellectus tot veritates. *n. 473

591 Invenimus etiam peculiare* difficultates inveniri in applicatione habituum aliquorum erga sua objecta attingenda, sicut quædam conclusiones difficilius educuntur de suis principiis quam aliæ. Nec ista difficultas oritur solum ex defectu extrinseco, videlicet quia debita materia non applicatur aut non debito modo, sed ex defectu intrinseco, quia non est sufficiens vis in habitu ad tales effectus nisi in se immutetur. Sicut agens non potest aliquando educere aliquam formam e subjecto, non solum quia non applicatur ei materia, sed etiam quia activitate sua non valet eam attingere, sed debet fortificari: ut modicus ignis non valet lignum comburere, etiam sibi applicatum. Sic modicum lumen habitus in intellectu non valet penetrare principia et conclusiones difficiliore educere, etiam si objecta sint applicata per species*, sed indiget in se perfici et crescere ut ad illa extendatur. *n. 579
*n. 208 sq.

⊙

592 XVI. — Et secundo, quia alias si extensio habitus solum explicaretur per extrinsecam* appositionem materiæ cui applicaretur, sicut ignis applicata sibi extrinsecus materia fit extensior et major, non esset ratio cur potentiæ ipsæ non admitterent* talem extensionem, *n. 590, 635
*n. 580, 641, 689

aut etiam habitus quidam, qui sunt in voluntate*, ut charitas et spes, siquidem de se non possunt operari nisi apposita materia et objecto; non semper autem apponitur objectum circa quod potentia eliciat actum, et sic indiget extensione extrinseca ut ea attingat. Sicut oculus qui modo videt unum colorem aut objectum visibile, postea videt aliud et extenditur erga illud. Et similiter intellectus modo discurrit circa unum objectum, postea circa aliud, et charitas modo amat Deum, modo proximum, et inter ipsos proximos, extenditur modo ad istos, modo ad illos, et tamen potentiae istae non accipiunt argumentum extensivum.

593 Signum ergo est tale augmentum non convenire solum ex appositione extrinseca materiae seu objecti. Requiritur ergo quod qualitas sic augenda seu extendenda in se intrinsece* recipiat aliquam immutationem seu perfectionem ut augeri dicatur.

★ ★

594 **Quod vero tale augmentum non* fiat per diversas* qualitates advenientes, sive totales, sive partiales, sed per diversos modos ejusdem qualitatis, probatur tum a priori, tum a posteriori*.**

⊙

595 **XVII. — A priori* quidem, ex differentia qua** crescit materia, et qua crescit forma etiam accidentalis. Magnitudo enim materiae ex se ipsa et ex propria ratione fit per partes vel per numerum. Forma autem de se non* habet partes nisi ex accommodatione ad materiam. Et hoc ideo, quia materia ordinatur ad

recipiendum secundum divisionem et quantitatem, forma* autem ad dandum esse et speciem et operari. *n. 618

596 Quod autem est pure potentiale et receptivum, de se habet indeterminationem quamdam et quamdam quasi infinitatem potentialem, unde sicut indiget determinari, ita et dividi*, ne maneat in confuso. Et sic additio vel diminutio ejus fit per quamdam divisibilitatem, et consequenter penes partes quae faciunt plus vel minus. *n. 599

597 At vero forma de se est determinativa, quia actus est qui determinat et distinguit*, utpote opposita indeterminationi et potentialitati materiae. Non* ergo additio in formis per se loquendo debet intelligi penes partes*, quia partes, *vel* sunt actus et potentia, quae immediate sunt unibiles, *vel* sunt partes integrales ejusdem rationis, divisibiles tamen inter se, quia de ratione partis est esse divisibilis. *n. 842
*n. 746 sq.
*n. 595

598 Non possunt *primo* modo* esse partes in formis, quia forma* ut forma est actus, non potentia; ergo si altera pars est potentia, illa prout sic non potest esse forma, et sic ex illa et ista non componetur forma una, sed illud quod resultabit erit compositum ex actu et potentia, ex materia et forma, non vero erit tantum forma. *n. 597
*n. 758, 803

599 Nec *secundo* modo* possunt intelligi partes in ipsis formis, quia de ratione talium partium est quod sint divisibiles. Quod autem est divisibile, est in potentia ut dividatur, et per ipsam divisionem* potest in actu perfici et reduci. Forma autem in quantum forma non perficitur nec in actum reducitur divisione, sed potius minoratur; potius autem accessione* aliqua perficitur, vel circa objectum, vel circa subjectum*. *n. 597
*n. 596
*n. 606, 623
*n. 636

- 600 XVIII. — Ex hinc roboratur ista probatio, quia forma de se est aliquid simplex, non compositum; sed* ^{*n. 601, 757 sq.} omne constans ex partibus unitis est compositum, vel per se unum, vel per accidens; ergo forma non potest intrinsece constare ex partibus, et divisibilis esse in illas, aut ex unione earum constitui.
- 601 *Minor* est certa*, quia ubi sunt partes unitæ et facientes totum, tale totum est resolubile in illas partes, ergo etiam componibile ex illis; ergo omne quod constat ex partibus est compositum. ^{*n. 600}
- 602 *Major* probatur*, quia forma est id quo aliquid constituitur tamquam extremo et parte formante* ipsum ^{*n. 600} totum; ergo non debet esse in se formatum: omne autem compositum est formatum, et non forma solum. ^{*n. 747}
- 603 Contra rationem ergo formæ est habere partes*, ^{*n. 595} quia quod habet partes in se intrinsece formatum est, et quod est formatum non est forma, quæ solum informat et constituit *ut quo*; non autem est formatum, quia hoc est constitutum *ut quod*.
- 604 XIX. — **Et licet dicatur** quod istæ partes sunt æqualis activitatis vel actualitatis, nec una redditur formata per aliam, sed omnes sunt forma, nulla vero est formata, *contra est*, quia saltem illud totum aggregatum ex illis partibus et ex illis resultans erit formatum ex illis, utpote perfectius quam singulæ partes, quia totum est majus suis partibus et ex illis componitur et resultat. Ergo est formatum ex illis sicut et compositum. Et sic non est forma, quia non est simplex quiddam, sed formatum et compositum: repugnat autem aliquid simul esse formam et formatum, seu tale *ut quo* et *ut quod*.

- 605 Quare si per additionem* partium augetur habitus, jam totum illud resultans et augmentatum non est forma, sed aliquid formatum et compositum. ^{*n. 572, 594}
- 606 Solum ergo forma in quantum forma præcise potest crescere* per hoc quod ejus actualitas se explicet circa plura illi. Et modi se explicandi, sive intensive circa subjectum, sive extensive erga plura objecta, sunt additiones formæ intra rationem formæ, quæ est entitas simplex; et ita debet augeri in sua entitate et ratione formæ quod non debet componi et reddi formata ex pluribus: sic enim augere formam non esset relinquere formam, sed facere formatam. ^{*n. 597, 599, 623, 636}
- ⊙
- 607 XX. — Denique* excluditur ista ratio et modus augmenti per additionem partium et entitatum diversarum* in formis, quia *vel* istæ diversæ entitates superadditæ et accumulatae ad augendum formam uniuntur inter se faciuntque unam integram formam ex pluribus partialibus, sicut ex partibus quantitativis fit augmentum et additio quantitatis, *vel* sicut ex materia et forma, actu et potentia fit una res, *vel* solum sunt ibi plures entitates sine unione inter se, ita quod non constituent unum integrum et per se, sed solum aggregatione* sit unum et numeratione plura, sicut plures lapides in uno acervo, sic plures qualitates in una potentia circa plura objecta partialia; **et tunc adhuc est difficultas***, an sint illi habitus et entitates diversæ speciei aut similitudinis, *vel* ejusdem* prorsus rationis, sive partiales sint, sive totales, quilibet circa suum objectum, ibi autem sola aggregatione unum sunt. ^{*n. 594} ^{*n. 572 sq.} ^{*n. 573} ^{*n. 617} ^{*n. 618}

- 608 XXI. — Quidquid ex his* eligatur non solvit sed multiplicat difficultates. *n. 607
- 609 Nam si sunt partes, oportet assignare quomodo uniantur seu uniri possint ad faciendum unum integrum ex illis partialibus formis. Nihil enim proprie unitur alteri ad faciendum per se unum, nisi se habeant sicut actus et potentia, perfectum et minus perfectum, quia illæ partes faciunt unum per se, quæ per se sunt coordinatæ et subordinari possunt in uno esse. Si enim per se non coordinantur, nec per se uniuntur, quia unio ex ordinatione extremorum fit; si autem non uniuntur per se, sed per accidens, nec faciunt unum per se, sed per accidens, quia unum ex unione fit.
- 610 Non possunt autem per se coordinari, si utraque se habet ut actus et forma, quia actualitas est perfectio sicut potentialitas imperfectio. Una autem perfectio non ordinatur per se ad aliam, nisi in quantum perficitur ab illa, in tantum vero perficitur in quantum est perfectibile, et in tantum perfectibile in quantum est in potentia*, non in quantum est in actu; ergo forma in quantum forma et in quantum actus non coordinatur ut pars ad alteram partem formæ, quæ in quantum forma et actus non perficitur, sed perficit et actuat; ergo in quantum forma non* est pars per se coordinata alteri parti, quæ non est materia et perfectibilis per ipsam. *n. 596 sq. *n. 597
- 611 XXII. — Si vero dicatur partiales* habitus non coordinari per se ad invicem, neque hoc modo in formis inveniri partes, eo quod ratio formæ petit per se simplicitatem, cum sit actus *ut quo* et perfectio actuans et formans, non perfectibile: repugnat enim simul *n. 574, 748

- aliquid esse formam, et in eo quod forma esse formabilem, et quia hoc est munus recipientis, non formantis, licet una forma possit recipere aliam, ut anima intellectum, intellectus autem et species; sed hoc non est in quantum forma, nec ad munus informandi, sed in quantum subjectum; augmentum* autem formæ est in ratione et munere formæ, ut perfectior forma sit. Ubi autem sunt partes, semper aliquid formabile est et perfectibile ex consortio alterius partis. Cæterum in formis dicuntur dari partes, quia revera sunt diversæ formæ et diversi habitus quasi totales et specie distincti, adunantur tamen in ordine ad unum finem quem principaliter intendunt vel manifestant, et ea ratione congregantur in ratione unius scientiæ, vel virtutis moralis. *n. 866 sq., 961
- 612 XXIII. — **Contra hoc est**, quia si habitus solum hoc modo habent partes et extensionem, simpliciter non poterit dici quod habitus extenditur vel augetur, sed quod plurificatur, et quilibet eorum versatur circa suum objectum distincto modo ab alio.
- 613 Unde sequitur non posse dari habitum qui circa duo objecta versari possit, etiamsi in aliqua ratione formali convenient, sed quodlibet* suum habitum seorsum postulat, licet propter similitudinem utriusque in hoc quod tendunt ad eundem finem vel participant de aliqua ratione formali dicantur per similitudinem unus habitus aut una scientia. *n. 614, 616
- 614 Hoc autem dici non potest, quia in aliqua scientia contingit esse plura objecta inadæquata et partialia, quæ inter se connexionem habent possuntque sub eadem* ratione formali attingi, sicut et ab eadem potentia* multa *n. 549, 578, 616, 628 *n. 586

objecta attinguntur sub eadem ratione formali, ut plures colores visu, et ab eodem habitu infuso plura objecta materialiter et inadæquate se habentia attinguntur, ut plura credibilia a fide, plura diligibilia a charitate; ergo etiam in habitibus acquisitis non repugnat plura objecta materialiter et inadæquate se habentia sub eadem autem formali ratione convenientia ab eodem habitu attingi. Non* autem quodlibet objectum suo habitu, præsertim quia cum sint connexa, et id quod est conclusio illata ex istis præmissis possit esse principium pro aliis conclusionibus, non repugnat eumdem habitum qui conclusionem intulit, eadem uti conclusione tamquam principio ad aliam inferendam, quia cum non sit principium per se notum, sed illatum (qui est habitus scientificus), non repugnat cognosci ut inferens aliam conclusionem, quia ita infertur et attingitur ut illatum quod in eo cognoscitur connexio et vis quam habet ad aliam conclusionem inferendam.

*n. 613

615 Ergo etiam eodem habitu quo deducitur ista conclusio potest et alia deduci quæ connexionem habet cum ipso: si enim cognoscit principium ut inferens, etiam id quod ex illo infertur cognoscere potest, quia eodem actu attinguntur præmissæ ut præmissæ et conclusio; ergo et eodem habitu.

616 Non* ergo tot habitus concedi debent quot objecta, si omnia in eadem* ratione formali conveniunt, quia ex ratione formali sumitur unitas habitus seu potentia, non obstante multiplicitate materiali et inadæquata.

*n. 613

*n. 549, 578

617 XXIV.—**Quod vero eadem difficultas* maneat** in explicando quomodo partes istæ habitus se habeant; an sint partes ejusdem rationis; an diversæ, id est, an

*n. 607

sit totum homogeneum habitus inde resultans, an totum heterogeneum, *deducitur ex dictis.*

618 Nam si sunt ejusdem* rationis, ergo idem poterit facere una pars atque altera, quia quæ sunt ejusdem rationis semper habent eumdem effectum. Unde proprie non inveniuntur partes ejusdem rationis nisi ubi aliquid corporaliter extenditur, et oportet diversas partes homogeneas habere ut diversas partes spatii occupet. At vero in formis seu virtutibus quæ sunt rationes operandi aut dandi esse*, si omnes partes sunt ejusdem rationis, idem prorsus operabuntur, et sic quælibet sufficit facere quod altera, impertinenterque et superflue una accumulabitur alteri, cum non existant in diversa parte subjecti, sed in eadem indivisibili.

*n. 607, 617

*n. 595

619 Et in sententia D. Thomæ* sequitur etiam illud inconueniens quod plura accidentia, solo numero distincta et ejusdem rationis, erunt in eodem subjecto indivisibili.

*n. 579

620 De quo egimus in libris *De Generatione*¹.

○

621 XXV.—**Et major difficultas est**, quomodo istæ partes uniantur inter se et faciant unum habitum seu unam formam, quæ sit vere forma et simpliciter ac per se una, quia partes homogeneæ et ejusdem rationis, quando omnino sunt æquales vel similes*, ut in aqua vel lapide, licet una non sit potentialior aut minus actualis quam alia, tamen omnes potentiales sunt respectu unius formæ totalis a qua informantur et in unitatem per se rediguntur.

*n. 623

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 9, a. 5, II (Reiser), p. 792-794.

- 622 Si autem possent fieri per se unum, neque unirentur illæ partes ad faciendum unum per se, sed solum essent ibi conjunctæ per modum aggregationis* et unitæ per accidens, sicut plures res sunt in uno loco, vel plura accidentia simul in eodem subjecto. At plures partes ejusdem habitus vel formæ non se habent potentialiter ad unam formam totalem, qua omnes informentur et reducuntur in unam unitatem per se: sic enim non essent formæ informantes, sed aliquid formabile et formam recipiens, ergo tales partes non uniuntur nec faciunt unum per se in ratione unius formæ. Solum enim partes integrales homogeneæ possunt fieri unum in ratione formabilis et actuabilis, in quantum ex eis fit unum totum, quod est formalius et actualius partibus. *n. 573
- 623 XXVI. — At vero, si istæ partes sint dissimiles* et heterogeneæ, et tamen uniantur in ratione unius habitus, currit fortius ratio facta*, quia tunc non solum omnes partes sunt in potentia respectu totius quod actualius et formalius est, sed etiam una pars est imperfectior altera et ex consortio alterius perficitur, eo quod una pars est perfectior altera et sic actuatur ab alia. Unde talis pars non est solum forma et actus, sed formata et actuata, atque adeo stando in vi et ratione* formæ non potest una forma augeri per partes et per additionem, nisi reddatur formata, et sic extrahitur a linea et ratione formæ intra quam non potest augeri et addi nisi per diversos modos et explicationem* sui, sive erga objectum, sive erga subjectum*. *n. 621
*n. 595 sq.,
607 sq.
*n. 597
*n. 599, 606,
627, 630
*n. 636
- 624 Præter hoc autem, si ipsæ partes quibus fit additio formæ dissimilares sunt et heterogeneæ, una est perfectior altera et operatur seu actuatur plusquam altera.

- 625 *Inquiri ergo* an prima pars quæ acquiritur in scientia circa primam conclusionem sit perfectio; an secunda*, quæ circa secundam conclusionem. *n. 627
- 626 Nam prima videtur esse perfectior, quia ex prima conclusione infertur secunda; ergo continet illam et est causa illius, et non causa univoca, cum non sit ejusdem rationis, ergo æquivoca; ergo perfectior, sicut principia se habent erga conclusiones.
- 627 Et alia parte, secunda* pars habitus seu quæ versatur circa secundam conclusionem debet esse perfectior, quia reddit intellectum magis perfectum seu magis scientem, utpote majoris et extensioris scientiæ quam sola prima pars habitus quæ tangit solum primam conclusionem; ergo est perfectior. Unde et magis explicat* illam atque in actum reducit, et sic perfectior esse debet. *n. 625
*n. 623
- 628 XXVII. — **Quod si dicatur** esse perfectiorem quia continet seu attingit secundam conclusionem ut deductam ex prima, et sic attingit etiam primam, ideoque perfectior est quam illa sola pars habitus quæ attingit solam primam conclusionem, non tamen erit perfectior si cum præcisione sumatur ut attingit solum secundam conclusionem, *contra est*, quia illa secunda pars habitus per se et non per accidens habet attingere secundam conclusionem ut illatam ex prima, quia scientifice illam attingit; ergo ex causa; ergo per se et non per accidens habet attingere primam ut inferentem secundam; ergo per se habet cognoscere vim quam habet ad inferendam secundam scientifice et perfecte et secundum resolutionem ad sua principia; ergo per se habebit attingere primam conclusionem ut deductam ex suis principiis.

et sic sufficit secunda pars illius habitus ad cognoscendam scientifice primam et secundam conclusionem; ergo idem simplex qualitas sufficet ad attingendum duo objecta materialia si conveniunt in eadem* ratione formali, quia connexionem habent inter se. *n. 578, 614

629 Si unus autem simplex habitus sufficit attingere duo objecta partialia, materialia et inadæquata, pari ratione sufficit attingere decem, viginti, et omnia quæ sub eadem formali ratione connexa sunt, præsertim omnia a quibus dependet illatio conclusionis, et sic extendi de una conclusione ad aliam non tollet simplicitatem* habitus. *n. 575

630 Quod si non tollit, ergo non* per additionem novæ partis aut qualitatis fit ista extensio, quia ubi fit additio novæ entitatis et qualitatis, non manet simplex ille habitus. Solum ergo fiet extensior nova explicatione* seu modo*, non additione novæ formæ seu qualitatis. *n. 594
*n. 623
*n. 583

631 XXVIII. — **Quomodo** autem ista extensio habituum erga diversa objecta fiat per aliquam actionem per quam acquiritur, et illa actio novam qualitatem et formam non producat, sed novum modum*; **et quomodo** inter istos modos, qui indivisibiles sunt et carent partibus sicut ipsæ formæ, detur motus et successio, **et utrum** unus destruat alium quando advenit, vel non destruat, disquiretur **infra*** agendo de augmento intensivo, quia hæc argumenta et difficultates communes sunt utrique augmento, et intensivo, et extensivo, intenduntque ostendere easdem esse difficultates in augmento facto per modos et per formas seu qualitates partiales. *n. 583
*n. 730 sqq.,
849 sqq.



HABITUS SUPERNATURALES ET VIRTUTES MORALES NON AUGENTUR EXTENSIVE

632 XXIX. — **TERTIO INQUIRE** quibus habitibus conveniat augmentum per additionem*, an solum intellectivis; an etiam appetitivis et moralibus; et an solum acquisitis, an etiam infusis. *n. 550, 581

* * *

633 **Respondetur de intellectivis** non* esse difficultatem. Constat enim quotidiana experientia* scientias crescere extensive, quia per primam demonstrationem acquirit quidem intellectus habitum et facilitatem circa illam, quia convincitur et totaliter subjicitur illi veritati, sed circa alias veritates et conclusiones nihil* omnino facilitatur, nec potest ex vi primæ, sed indiget nova explicatione* et extensione. *n. 646
*n. 563
*n. 635
*n. 623, 636

634 Et hoc ideo quia scientia dependet* in universalitate et extensione et assensu ad diversas veritates seu objecta a speciebus repræsentantibus illa, et a coordinatione* illarum et dispositione inter se: sine speciebus enim caret manifestatione objectorum, et sine coordinatione* caret medio et dispositione illativa, sine quibus non potest lumen scientificum assentiri, quia est lumen collativum et illativum. *n. 217
*n. 587, 643,
871
*n. 1185

635 XXX. — Quare licet idem sit lumen et idem habitus quo quis assentitur primæ et secundæ conclusioni, tamen ut applicetur* secundæ et tertiæ conclusioni requiritur diversa ordinatio specierum, et sic indiget habitus nova extensione, non* quidem per puram appli- *n. 591
*n. 590 sq.

cationem extrinsecam, sicut ignis indiget applicatione ad comburendum, quæ applicatio neque addit novam entitatem virtutis, neque novam immutationem* ipsius in ratione virtutis etiam modalem, sed solum in ratione loci seu ubi, quæ non est immutatio ipsius virtutis ut virtus est, sed corporis ut corpus, quia hoc est quod proprie locatur in loco, et requiritur ista loci conjunctio et applicatio ut virtus quæ est in corpore locato operetur in passo. *n. 593

- 636 At vero ut habitus, qui est scientia, operetur circa tale vel tale objectum, circa quod ante non operabatur, non* requiritur novum lumen vel virtus, aut ratio formalis de novo superaddita, quia sub eadem ratione formali qua attingitur una conclusio attingitur et alia, sed additur nova extensio* seu applicatio, non extrinseca sicut motus localis, sed modus intrinsecus* habitui, quia habitus per extensionem et intensionem intrinsece perficitur in aliquo modo* perficiente ipsam virtutem in ratione virtutis, quia in intensione* hoc quod est actualitatis in forma explicatur* perfectius in potentialitate subjecti, tollens* confusionem seu indeterminationem ejus et potentialitatem, et reducens* in actualitatem formæ eique perfecte subjiciens* potentialitatem et confusionem subjecti. — Hoc autem spectat ad perfectionem intrinsecam habitus seu formæ, ut postea* dicetur. *n. 583
*n. 623, 633
*n. 593
*n. n. 583
*n. 663, 730
*n. 599, 623, 930
*n. 949
*n. 737, 812
*n. 823, 879
*n. 875 sq.

637 XXXI. — Similiter extensione perficitur lumen seu ratio formalis habitus circa diversa objecta.

- 638 Et hoc ideo est quia in habitibus, licet eadem* ratione formali contingat habitum tendere ad omnia objecta et ad actus, tamen ista ratio formalis non eodem modo se habet in omnibus habitibus. *n. 549, 614, 645, 659, 670

- 639 Quidam* enim ad attingendum materialia objecta non indigent alio quam ratione ipsa formali et applicatione extrinseca* ad materiam circa quam operari debent; et licet aliqua materia difficilius vincatur quam alia, tamen ista difficultas tota se tenet ex parte materiæ*, nec nova vi aut modificatione tenente se ex parte rationis formalis intrinsece superari indiget, sed sufficit nova dispositio aut modificatio ex parte materiæ attingendæ, invariata intrinsece* ratione formali. *n. 642 sq.
*n. 665
*n. 656
*n. 593
- 640 Ut patet in igne, qui eadem* ratione formali caloris ut octo inflammat stuppam et lignum, tam aridum quam siccum, licet cum majori difficultate unum quam aliud; sed tamen ad vincendam istam difficultatem non requiritur major perfectio intrinseca in calore ut octo, sive intensiva sive extensiva, sed solum extrinseca applicatio materiæ et dispositio in illa, ut quod lignum sit magis siccum, quæ dispositio non variatione aut additione caloris vincitur, sed temperamento materiæ. *n. 708
- 641 Similiter potentia visiva aut intellectiva non* est necesse quod crescat et intrinsece* perficiatur per additionem ad hoc ut plura objecta videat et ad illa se extendat, sed eadem potentia invariata* manente solum per hoc quod species ei adveniant et objecta proportionata sint se extendit ad illa. *n. 592, 689
*n. 590
*n. 520, 580
*n. 208 sq.
- 642 XXXII. — At vero* aliqua principia seu habitus sunt qui habent rationem formalem non uniformiter nec eadem perfectione intrinseca* et eodem modo applicabilem ad objecta materialia, ideoque indigent diversimode perfici ut ad illa se extendant, tamquam magis vel minus explicatum circa suam sphæram. *n. 639
*n. 593

- 643 Quod contingit in illis habitibus* qui habent rationem formalem specificè unam et formaliter, sed virtualiter multiplicem, eo quod diversis* mediis attingunt objecta sua, ut patet in habitibus discursivis, quia cum debeant illuminare conclusiones, non directe et comprehensive, sed quasi quodam circuitu* et de quodam in quiddam, scilicet ex præmissis in conclusionem. Non est illud lumen uniforme et eodem* modo se habens in attingendis conclusionibus et objectis suis materialibus, sed est dependens a mediis seu præmissis, et ab earum dispositione et ordinatione* ut possit tale lumen manifestare conclusiones et inferre illas. *n. 590 sq. *n. 871 *n. 657 *n. 638 *n. 634
- 644 Unde hoc ipso quod lumen illud est illativum et per media diversa procedens, est dependens in illuminando a talibus mediis. Unde non* solum indiget extrinseca appositione materiæ, sed intrinseca* appositione mediorum ut lumen illud habilitetur erga tales vel tales conclusiones determinate, siquidem lumen istud non est immediate et directe illuminans objecta, sed per consequentiam et discursum, ac de uno ad aliud derivando manifestationem: nec enim propositiones illæ quas illuminat sunt immediatæ et carentes medio, sed medio et probatione indigentes. *n. 590, 635 sq. *n. 657
- 645 Lumen ergo probativum seu media probatione manifestans oportet non solum extrinsece et per appositionem conclusionum, quæ est materia illuminabilis, extendi et augeri, sed si ei additur nova probatio pro nova conclusione, licet sub eadem* ratione formali et virtute manifestiva, nova etiam* perfectione in se actuari et augeri debet, ut illuminare possit probative, ea scilicet probatione et medio quo ante non poterat. *n. 638 *n. 871

* * *

- 646 XXXIII. — **Difficultas** ergo reducitur* ad habitus morales, et supernaturales, et habitum principiorum, et alios quoslibet non probativos: an illi etiam extensive possint augeri augmento proprie dicto, quod est augmentum intrinsecum intrinsece* immutans ipsum habitum et non pure extrinsecum, scilicet per solam appositionem et augmentum, seu extensionem materiæ circa quam operetur. *n. 633 *n. 590 *n. 593, 661

* *

- 647 Et multi sentiunt etiam hos habitus, præsertim morales, esse capaces huiusmodi augmenti, eo quod est nova et distincta difficultas in operando circa unam materiam potius quam circa aliam. — Et ita sentit Vazquez (In Iam-IIæ, q. 52, disp. 80, cap. 2), et sequitur Montesinos* (In Iam-IIæ, q. 52, disp. 33, q. 2), et alii. *n. 696

- 648 Quidam vero sentiunt virtutes morales acquisitas et infusas et habitum principiorum non recipere augmentum extensivum, bene tamen habitus intellectuales qui de uno procedunt ad aliud, ut scientia et ars. — Quæ sententia est communis inter Thomistas, et traditur a Martinez (In Iam-IIæ, q. 52, a. 1, dub. 1), et citat Lorcam.

* *

- 649 XXXIV. — Est autem ista secunda* sententia expressa D. Thomæ. *n. 648

○

- 650 Nam cum (Ia-IIæ, q. 52, a. 2) ostenderit scientiam augeri in nobis per extensionem seu* additionem *n. 550

erga objecta, de virtutibus autem remittit se ad ea quæ inferius sunt dicenda¹, tandem (Ia-IIæ, q. 66, a. 1) dicit quod “si virtus consideretur secundum se ipsam, attenditur magnitudo vel parvitas ejus secundum ea ad quæ se extendit. Quicumque autem habet aliquam virtutem, puta temperantiam*, habet ipsam quantum ad omnia ad quæ temperantia* se extendit. Quod de scientia et arte non contingit; non enim quicumque est grammaticus, scit omnia quæ ad grammaticam pertinent. Et secundum hoc bene dixerunt Stoici, ut Simplicius dicit in *Commento Prædicamentorum*², quod virtus non recipit magis, neque minus, sicut scientia vel ars; eo quod ratio virtutis consistit in maximo.”

651 Similiter de charitate negat D. Thomas recipere augmentum extensivum (IIa-IIæ, q. 24, a. 5), quia minima charitas se extendit ad omnia illa quæ sunt ex charitate diligenda; non ergo talis* additio in augmento charitatis potest intelligi. *n. 646

652 Quare de mente* S. Thomæ dubitari non potest quod neque in charitate neque in virtutibus moralibus augmentum extensivum admittit, sed solum in scientia et arte. *n. 660, 665, 718

653 Eadem autem ratio currit de fide et spe, sicut de charitate, quia minima spes* se extendit ad omnia speranda, etsi non poterunt recipere augmentum per additionem. *n. 664

654 Et similiter in habitu* primorum principiorum currit eadem ratio ac de istis virtutibus, quia cum

¹ Cf. Iam-IIæ, q. 66, a. 1.

² In *Cat.*, VIII.

habitus iste assentiatur principiis ex evidentia terminorum notis, et non per aliquam probationem mediorum, neque per illationem unius ex alio, minimum* lumen istius habitus sufficit ad omnia principia attingenda quæ ex terminis sunt nota, eo quod diversa principia, si vere principia sunt, non* attinguntur diversis mediis, quia carent medio et probatione, nec diversis difficultatibus, quia omnia ex se et ex terminis evidentia sunt, carent ergo difficultate. *n. 663 *n. 642 sq.



655 XXXV. — Igitur sententia* D. Thomæ, quod virtutes istæ non recipiant augmentum extensivum, **probat**ur, et simul redditur disparitas* inter has virtutes et scientias. *n. 652 *n. 650 sq.

656 **Et fundamentum est**, quia formalis ratio virtutis moralis includit* bonitatem moralem in illa materia in qua exercetur; bonitas autem moralis circa aliquod objectum est plenitudo* talis actus in regulatione rationis, ita quod nec in objecto nec in circumstantiis habeat aliquem defectum, quia si haberet, virtus non* esset. Perfecta ergo subjectio* ad legem et regulatio per ipsam in tali materia, quantumcumque varietur ipsa materia cui applicatur, non perficitur aut augetur intrinsece*, quia perfecta* subjectio et regulatio est, et sic de se quia perfecta* subjectio et regulatio est, et sic de se nullum compatitur defectum et difformitatem ad rationem, et si quæ difficultates se offerunt in vincenda aliqua materia, non erit ex imperfectione seu defectu rectificationis ipsius regulationis, quæ est ratio formalis, quasi indigeat perfici et meliorari seu universalizari et extendi ut vincat difficultatem illam, sed erit ex indispositione materiæ*, vel ipsius operantis non perfecte applicantis aut utentis tali ratione formali. *n. 666 *n. 668 *n. 697 *n. 593 *n. 719 *n. 639

- 657 At vero scientiæ habent se per modum luminis in intellectu, non quomodocumque illuminantis, sed illuminatione probativa* et illativa. Quod lumen et modus illuminandi est limitatus ad illud medium et præmissas ex quibus infertur conclusio, quia solum tali medio quasi ratio illuminatur et deducitur seu manifestatur conclusio. Unde nisi in se intrinsece* perficiatur in novo medio et præmissis, quantumcumque applicetur alicui objecto, nihil probare potest nec illuminare, siquidem non illuminat immediate, sed mediate, tamquam lumen illativum et per circuitum* manifestans, non directe. *n. 642 sq. *n. 644 *n. 643
- 658 Tale autem lumen, si ad plura extenditur, non solum ratione novæ materiæ quæ illuminanda apponitur, sed ratione novi medii quo lux ipsa redditur potens illuminare et manifestare, ad conclusionem novam extenditur: sine tali autem perfectione non est potens illuminare.
- 659 Nec* tamen propter hoc nova entitas vel habitus debet addi ad tale augmentum, quia omnes illæ extensiones connexæ sunt et in eadem* formali ratione conveniunt, siquidem intra eandem scientiam sunt, intra quam non formatur unum tantum argumentum, sed plura, nec una tantum conclusio scitur, sed plures, quæ inter se concatenatæ* sunt et una deducitur ex alia, sicque cum omnes conveniant in eadem ratione formali, possunt ad unicum habitum pertinere ratione illius unitatis quæ præcipue specificat et unitatem dat habitui, sicuti ex illa desumit* hanc unitatem entitativam habitus D. Thomæ (Ia-IIæ, q. 54, a. 4). *n. 583 *n. 638 *n. 587 *n. 575, 586
- 660 XXXVI. — Ex quibus deducitur veritas sententiæ* D. Thomæ, quæ augmentum extensivum concedit *n. 652

- artibus et scientiis; negat vero virtutibus moralibus et infusis, et eadem ratione debet negari* habitui primorum principiorum. *n. 654
- 661 Nam licet in omnibus istis detur extensio, non* tamen eodem modo fit in omnibus augmentum extensivum, de quo loquimur in præsentī, scilicet augmentum extensivum intrinsecum* et in ipsa ratione formali. *n. 638 sq. *n. 593, 646, 690
- 662 Sed in aliquibus* fit extensio ista et augmentum solum penes aliquid extrinsecum*, quatenus eadem formalis ratio applicatur diversis materiis, ut eadem lux diversis partibus diaphani vel diversis coloribus, et eadem virtus diversis objectis sub se contentis. *n. 639 *n. 635, 639 sq.
- 663 In aliis autem fit extensio et augmentum etiam penes aliquid intrinsecum* in ipsa forma, quatenus indiget aliquo modo immutari*, vel ad informandum meliori modo subjectum et vincendum ejus potentialitatem, sicut fit* in intensione, vel ad attingendum et tendendum universaliori modo in objectum et manifestandum ipsum potentiæ, quod fit in lumine illativo* et probativo, sive in scientiis speculativis*, sive in artibus practicis, non* autem in virtutibus moralibus aut infusis aut habitibus principiorum, quia in istis etiam minima virtus se potest extendere ad omnia, dummodo sint ei applicata, sicut minima fides ad omnia credenda, minima temperantia ad omnia temperanda, et minima* lux principiorum ad omnia ex terminis videnda. *n. 642 sq. *n. 593 *n. 636, 730 *n. 657 *n. 725 *n. 652 *n. 654
- 664 XXXVII. — Et hoc ideo, quia si ratio formalis in istis* non omnia complectitur de se, decidit a vera ratione formali talis virtutis. Etenim in virtutibus infusis *n. 662

tota ratio operandi est aliquid divinum* vel ex ratione divina procedens, sicut in fide auctoritas Dei dicentis, in spe omnipotentia et auxilium promittentis, in charitate bonitas infinita Dei quæ est ratio omnium diligendorum propter ipsum, in donis Spiritus Sancti ipsa virtus et Spiritus Dei regulans operationes non juxta modum humanum sed secundum rationes divinas. *n. 710

665 In his omnibus rationes illæ formales, quantumcumque minimæ considerentur, ad omnia se extendunt, quia divinæ sunt et universalissimæ*. Qui enim credit auctoritati divinæ, credit ut auctoritati infallibili et in nullo defectibili; ergo habet universalem extensionem ad omnem veritatem dictam ab illo, quia in nullo defectibilis est, et solum deerit* ad credendum de facto applicatio extrinseca talis vel talis objecti. Et cum eadem universalitas servetur in spe respectu auxilii et omnipotentiae, et in charitate respectu bonitatis, non* possunt tales virtutes recipere augmentum extensivum intrinsecum*, quia nec possunt universaliorum rationem habere, aut in universalitate rationis formalis crescere. *n. 672, 704
*n. 639, 662
*n. 652
*n. 661

666 Idem inveniemus in virtutibus moralibus, quia ratio formalis earum habet de se universalitatem* extensivam* imbibitam in ipsa indivisibili ratione formali, siquidem non potest electio esse recta et bona, nisi sit plena* et perfecta ex objecto, fine et omnibus circumstantiis; ergo etiam includit universalitatem ad omnia quæ in hac materia moraliter attingenda sunt, nec indiget magis extendi in ipsa ratione formali bonitatis formalis, quia hæc est perfecta et plena subjectio ad legem et ad regulas rationis sine ullo defectu, quia bonum est ex integra* causa. *n. 672, 714 sq., 728
*n. 661 sq.
*n. 656, 719
*n. 719

667 XXXVIII. — Si ergo habet quis affectum non deficiendi in aliquo, nec eligendi defectuose in aliqua materia, hoc ipso habet universalitatem et totalitatem ad omnia ex quibus defici potest in tali materia ut illa excludat et perfecte ac plene bona sit, quantum ad hoc quod est non deficere in aliqua circumstantia et regulatione, quia si non est firmatus animus ad non deficiendum in aliquo, nondum est affectus ille moraliter bonus et virtuosus.

668 Unde ex hac ratione omnes virtutes sunt connexæ inter se (ut infra¹ dicitur), etiam quantumcumque minimæ perfectionis sint, quia ratio formalis circa unam materiam ita debet esse bona et sine defectu regulationis, ut ex defectu circa alterius materiam non vitietur. Si ergo debet extendi quælibet virtus ad aggregandum et connectendum sibi aliarum virtutum materias ne deficiat in sua, multo magis extensionem dicet ad omnes suas materias ne in aliqua deficiat, et deficiendo virtus non* sit. *n. 656

669 Et idem* prorsus currit in habitu primorum principiorum, qui tendit in veritates ut notas ex terminis. Notificatio autem ex terminis eodem modo se habet in omnibus veritatibus talis rationis, nec est major difficultas in una illuminatione quam in alia. Non ergo indiget ad suam extensionem et augmentum nova et intrinseca* perfectione ex parte ipsius formæ seu rationis formalis, sed nova et extrinseca* appositione materiæ, quæ est extensio extrinseca et quoad exercitium attingendi ipsam materiam, non extensio intrinseca ipsius formæ* quoad vim et universalitatem ut possit attingere. *n. 654
*n. 593
*n. 662
*n. 581, 585

Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 65, disp. 17, a. 2, VI (Vivès), p. 531-554.

- 670 XXXIX. — E contra* autem videmus in scientiis et artibus, quod lumen aut vis attractiva unius conclusionis non habet de se et ab intrinseco universalitatem super omnes conclusiones, quia vis illa manifestativa est probativa et illativa et deducens unum ex alio, et sic est ratio formalis una* secundum connexionem præmissarum seu mediorum et per dependentiam a probationibus, non* per comprehensionem et simplicem intuitum manifestans. *n. 590 sq., 642 sq., 663, 705, 712
- 671 Unde non* sufficit ei applicare materiam et objecta manifestabilia ut lux illa ea illustret et attingat, sed oportet ipsam lucem seu vim illuminativam, quæ est probativa unius, reddi probativam et illativam alterius; non potest autem reddi probativa alterius conclusionis nisi ex novis præmissis, quæ non* se habent solum ut conditio requisita, sed ut ratio inferendi et illuminandi conclusiones, et sic ratio illa formalis scientifica, quæ in eadem scientia diversas conclusiones attingit, debet in ratione illuminandi* perfici et determinari ut probativa et illativa sit istarum conclusionum determinate, potius quam illarum, et non sufficit ipsas conclusiones applicari illi rationi formali ut illuminentur ab ea, quia non illuminat modo simplici, sed probative et illative et dependenter a præmissis a quibus redditur auctior et perfectior illa lux, ut illuminet sic illas conclusiones, id est, probative et illative ex vi præmissarum. *n. 590 sq.
- 672 Et sic non est illa lux universalis* pro omnibus conclusionibus simplici modo et absolute, sed dependenter a præmissis* et multiplici modo, licet omnes inter se connexæ sint, et ideo indiget novis modis* extendi et augeri ut ad omnes feratur. *n. 672
- *n. 665 sq., 687, 705, 730
- *n. 671
- *n. 583

- 673 In arte* etiam proceditur cum ratione et discursu, et non æque patent omnes rationes dirigendi et faciendi aliqua statim ex appositione* materiæ, et ideo talis ratio directiva faciendorum potest crescere, sicut et discursus. *n. 663
- *n. 638 sq.
- 674 Et idem est de prudentia, ut in calce articuli dicemus*. *n. 720 sq.
- 675 At vero in lumine simplici et comprehensivo, sicut est in angelis, aut intuitivo et evidenti ex terminis, sicut est in habitu principiorum, non* datur augmentum extensivum intrinsecum in ipsa formali ratione illuminativa, sed si quæ extensio datur, solum est per extrinsecam* applicationem materiæ illuminandæ, non per intrinsecam perfectionem et modificationem* ipsius luminis. *n. 661 sq.
- *n. 579, 593, 683, 687
- * * *
- 676 XL. — Unde solvi possunt omnes instantiæ quæ adducuntur pro parte virtutum moralium et infusarum ad probandum indigere* nova extensione erga diversa objecta. *n. 639
-
- 677 Etenim invenitur diversa* difficultas in diversis materiis inadæquatis unius virtutis, verbi gratia, in temperantia* potest quis recte esse dispositus circa materiam cibi, et non circa materiam potus, vel e contra, aut circa materiam venereorum, et non circa cibos. *n. 690
- *n. 570, 650, 691 sq.
- 678 Et in materia justitiæ* potest quis esse recte dispositus circa famam alterius non lædendam, et sentire *n. 691 sq.

difficultatem pro non furanda pecunia, aut restituendo ablatam.

- 679 Et in charitate* potest habere quis difficultatem pro diligendo inimico, et non pro diligendo amico. *n. 691 sq., 702, 717
- 680 Et in fide* potest non sentire difficultatem pro credendo mysterio Incarnationis, et sentire* illam pro credendo mysterio Eucharistiæ, vel pro alio credibili. Istæ autem difficultates vincuntur* per aliquam perfectionem ipsius habitus, perfectior enim virtus est quæ omnia ista facit et difficultates superat quam quæ non facit aut difficulter facit. Et sine dubio crescit* fides, quæ plura credit nunc quam ante. Sic enim perfectior fuit fides tempore Evangelii quam tempore Legis Antiquæ, et crevit fides successu temporis, ut docet S. Thomas (IIa-IIæ, q. 1, a. 7). *n. 691 sq., 717, 702, 695, 709, *n. 717
- 681 Ergo istæ virtutes in extensione sua erga objecta aliquam admittunt perfectionem et augmentum, sive id fiat per novam qualitatem superadditam, sive per modum*. *n. 579 sqq., *n. 583
-
- 682 XLI. — Et confirmatur* ex paritate scientiarum (quæ semper difficilis est in hac parte) cum virtutibus acquisitis. *n. 718
- 683 Nam habitus scientificus est simplex* qualitas propter eandem rationem formalem pro omnibus conclusionibus, et tamen quia per diversas demonstrationes et diversa* media probativa acquiritur scientia circa diversas conclusiones, talis habitus dicitur augeri non entitative, sed modificative*, juxta diversum modum se applicandi erga diversa objecta. *n. 83, 568, 586, *n. 643 sq., *n. 583, 675, 696

- 684 Similiter etiam una virtus moralis, verbi gratia, temperantia aut religio, per diversas assuefactiones circa diversas materias et per diversa motiva et media debet vincere difficultates quas circa illas sentit, et acquirere inclinationem erga talem materiam, verbi gratia, in religione non per idem motivum et medium assuefit aliquis ad prompte orandum, vel ad prompte decimas aut primitias offerendum.
- 685 Cum enim istæ difficultates sentiuntur, per aliqua particularia motiva et media vincuntur, quatenus novæ rationes occurrunt, quibus persuadetur aliquis et afficitur ad talem materiam et ad talem actum in illa virtute, cum tamen antea non afficeretur; ergo non minus indiget virtus novo medio et novo motivo ad operandum circa novam materiam, quam scientia* ad demonstrandam novam conclusionem. Sicut ergo in scientia fit augmentum extensivum, ita et in virtutibus. *n. 643 sq.

* *

- 686 XLII. — Respondetur* ex his quæ diximus¹ quod difficultas major vel minor in operando est duplex, alia essentialis, alia accidentalis. *Essentialis* tenet se ex parte ipsius virtutis aut rationis ejus formalis; *accidentalis* ex parte ipsius operantis, aut alicujus circumstantiæ extrinsecæ vel applicationis. *n. 676 sq.
- 687 Tunc autem virtus ipsa aut ratio ejus formalis difficultatem habet et perfici potest atque extendi in se intrinsecè*, quando in sua intrinseca vi non est sufficiens aliquid facere vel attingere simplici modo et

¹ *Curs. Phil., Log., II P., q. 27, a. 2, I (Reiser), p. 835-836; Phil. Nat., III P., q. 4, a. 1, II (Reiser), p. 640 a 39 sq.*

directo, quia formalis ipsa ratio non* est simplex, sed dependens ab aliquo priori et ex connexionem cum ipso. Unde si illud a quo dependet non* est universale et complectens omnia quæ ad talem materiam et ad objectum illius virtutis pertinent, sed medium quoddam aut motivum particulare, indigebit ratio illa formalis in se ipsa intrinsece augeri et perfici in ipsa* ratione formæ juxta diversa motiva, a quibus dependet in operando vel attingendo objecta.

688 Tunc autem difficultas tota est ex parte ipsius operantis* vel applicationis aut alterius circumstantiæ, quando ipsa ratio formalis simplici modo operatur aut modo universali*, solumque indiget applicatione extrinseca objecti et operantis ut ad novam materiam se extendat.

689 Et non repugnat esse aliquando plures difficultates superandas pro tali applicatione faciendâ, vel propter indispositionem operantis, vel propter resistantiam materiæ, aut indebitas circumstantias, nec* tamen propter illas vincendas poni debet augmentum intrinsecum* in habitu illo seu virtute: sicut etiam in visu* et in sensibus et potentiis vegetativis, imo in igne* et aliis naturalibus facultatibus, et in virtutibus infusis potest esse difficultas extrinseca* vincenda in applicatione operantis vel ipsius materiæ, nec tamen propter hoc ponitur augmentum extensivum in potentia visiva, in potentiis sensitivis aut vegetativis, in virtute ignis, aut in virtutibus infusis.

690 Non ergo recte arguitur a diversitate* difficultatum quæ vinci debent ad augmentum extensivum de quo loquimur* in præsentem, quod fit per hoc quod virtus intrinsece immutetur* et perficiatur ut ad nova objecta

se extendat, nam in pluribus sufficit extrinsece immutari, aut applicari.

691 **XLIII. — Si autem in particulari* inquiratur** quæ sit ista difficultas accidentalism in temperantia, charitate et aliis virtutibus*, quæ solum extrinseca extensione aut applicatione vincitur, non intrinseco* augmento, *respondetur* varias assignari ab auctoribus, verbi gratia, ex parte intellectus, ex parte complexionis naturalis, ex parte ipsius actus, qui in se difficilior est ratione suæ materiæ aut circumstantiarum quas habet.

692 Non enim negari potest quod intellectus aliquando difficilior aliqua intelligit, et consequenter* difficilior proponit et vincit resistantiam voluntatis circa aliquod objectum.

693 Similiter complexio* naturalis in aliquibus minus temperata est, minusque disposita, verbi gratia, in materia iræ vel luxuriæ ad obediendum rationi et actibus virtutum, et sic minus facile sequitur actus.

694 Et denique ipsi actus* in se habent diversam difficultatem propter diversam materiam et circumstantias occurrentes, ut in tali tempore, in tali loco, in tali duratione aut continuatione operari aliquando difficilior est.

695 Et ista vincuntur non* per intrinsecam mutationem habitus* in se, sed per extrinsecam ejus applicationem ad talem materiam.

○

696 **XLIV. — Contra quod* instat Montesinos, ubi** supra*, quia istæ difficultates vincuntur per consuetudinem et assuefactionem; ergo* per habitum; ergo per

novam aliquam et intrinsecam* perfectionem ipsius rationis formalis, vel modalem*, vel entitativam, quia quod per se requirit novum habitum seu generativum est illius, per se etiam mutat aut perficit ipsam rationem formalem habitus. *n. 583, 593
*n. 683

697 Quare nova vel melior propositio objecti ex parte intellectus per se solam non* sufficit, nisi etiam ex parte voluntatis nova detur extensio et subjectio* ad rationem, alias non esset necessarium ponere habitum ex parte voluntatis, si sola propositio ex parte intellectus facilitaret si melius proponeretur. *n. 692
*n. 656

698 Similiter si duo sint ejusdem et æqualis temperamenti, tamen unus se exerceat in una materia temperantiæ, verbi gratia, circa cibos, non statim habet habitum temperatum circa potum, sed frequentatione actuum illum acquirit; ergo sola facilitas temperamenti non* sufficit ad vincendam difficultatem, sicut neque ille qui non habet complexionem ita inclinantem ad temperate comedendum, nihilominus frequentatione actuum id acquirit; ergo sola facilitas temperamenti non sufficit ad vincendam difficultatem, sicut neque ille qui non habet complexionem ita inclinantem ad temperate bibendum, sicut ad temperate comedendum, nihilominus frequentatione actuum id acquirit; ergo extenditur ille habitus, non autem idem perseverat. *n. 693

699 Denique, licet una materia unius virtutis sit difficilior alia, tamen hæc difficultas vincitur per assuefactionem et habitum, et per diversum motivum et medium, sicut in scientiis vincitur difficultas ad diversas conclusiones per diversa* media; ergo sicut hic invenitur diversum augmentum extensivum, ita in virtutibus. *n. 643 sq.,
683

700 XLV. — Cæterum impugnationes istæ* nihil evincunt. *n. 696 sq.

701 Non enim negamus difficultates istas extrinsecas* vinci aliqua actuum frequentatione sic disponente materiam aut condiciones seu dispositiones requisitas ut ad illam applicetur forma seu virtus; non* tamen probat debere formam ipsam seu virtutem suo formali perfici intrinsece ut tali modo extendatur. *n. 686
*n. 704

702 Nam etiam virtutes infusæ, ut charitas, fides, etc. difficultates quas sentiunt in aliqua materia potius quam in alia frequentatione aut exercitio actuum vincunt, ut cum aliquis sentit* majorem difficultatem circa unum mysterium credendum quam circa aliud, vel* circa diligendum inimicum magis quam circa diligendum amicum, et tamen istæ difficultates non* vincuntur per augmentum intrinsecum* charitatis aut fidei de novo infusum, quia quæcumque charitas etiam minima se extendit ad omnia* præcepta servanda, et quæcumque fides etiam minima ad quæcumque credibilia. *n. 680
*n. 679
*n. 695
*n. 661
*n. 653

703 Nec illa major exercitatio formaliter generat* extensio-rem habitum fidei aut charitatis, quia habitus infusus non acquirit augmentum nostris actibus, sed solum tollit extrinseca* impedimenta ut habitus illi seu virtutes applicentur* isti materiæ, sicut etiam supra diximus* in corpore non dari habitus proprie loquendo, licet membra ipsa frequentatione et exercitio habilitari possint ad aliquid artificiose faciendum, verbi gratia, saltandum*, canendum, etc. *n. 696
*n. 707
*n. 701
*n. 207,
223 sqq.
*n. 260

704 XLVI. — Cur autem difficultates illæ accidentales* et extrinsecæ*, quæ assuefactione vincuntur, non gene- *n. 686
*n. 701

rent novum habitum neque extensione augeant et perficiant intrinsece, jam dictum* est causam esse quia illa ratio formalis talis virtutis non potest essentialiter salvari nisi cum perfecta et totali universalitate sufficiente ad omnes materias talis virtutis, quantum est ex vi formæ*, ita quod ipsamet universalitas aut totalitas imbibitur in ratione ipsa formali et essentiali talis habitus, et ita solum requiritur disponi* debite materiam ut illi subjiatur et obediat, non autem requiritur novo modo perfici et augeri ipsam formam ut sic informet.

- 705 Quod contra* accidit in ipsis artibus et scientiis, quæ non possunt habere lucem ad illuminandas omnes conclusiones et veritates, nisi dependenter* a mediis et præmissis quibus illa illuminatio probativa et artificialis fit, et ideo non* habet illa ratio formalis ex sua essentia tam universalem et plenam perfectionem quod possit omnes materias sine aliqua nova additione* attingere, quam recipit ex novo motivo et mediis a quibus in ipsa ratione illuminandi* dependet, nec tamen essentialiter petit omnia ista media et præmissas cognoscere a principio.
- 706 XLVII. — Quare non* omnis assuefactio et consuetudo habitum producit aut rationem ejus formalem intrinsece* perficit et extendit, sed etiam aliquando solum extrinseca* impedimenta tollit et difficultates extrinsecas* vincit, ut in exemplis allatis patet, de virtutibus infusis*, et de artibus quantum ad eas actiones quæ per membra corporis* exercentur.
- 707 Unde autem discernimus quando assuefactio acquirit vel extendit intrinsece* habitum, aut quando solum extrinseca* impedimenta tollit?

*n. 664 sq.

*n. 686

*n. 701

*n. 670 sq.

*n. 643 sq.,
682, 708, 718

*n. 672

*n. 583

*n. 671

*n. 696

*n. 593

*n. 703

*n. 686, 701

*n. 703

*n. 703

*n. 643 sq.

*n. 703, 706,
713

- 708 Respondetur id discerni ex ipsamet natura et proprietate talis virtutis et habitus, videlicet quando ejus ratio formalis exigit talem universalitatem* vel plenitudinem in se ad hoc ut essentialiter ratio formalis sit, quod omnem rationem operandi circa unam materiam exigit et requirit* pro alia, et non amplius: sicut idem* calor ut octo, qui requiritur ad inflammandum stuppam, requiritur ad inflammandum lignum, licet in ligno plura sint vincenda ex parte dispositionum et impedimentorum, non ex parte rationis formalis agendi. Si vero ratio formalis agendi non* sit ita universalis aut simplex, sed dependens* in operando a particularibus motivis aut mediis, intrinsece* perficitur ut extendatur.
- 709 XLVIII. — Cum autem fit instantia* in ipsamet materia virtutum, quia aliquando unus actus* habet difficiliorem materiam quam alter, et vincenda est distincto motivo seu medio, respondetur non vinci distincto motivo formali et intrinseco, sed distincta applicatione ex parte agentis vel ipsius materiæ.
- 710 Nam in virtutibus infusis motivum ipsum essentialiter est quid divinum*, ut divina auctoritas, divina omnipotentia, divina bonitas, cui universalitas* et infinitas essentialiter convenit, et sic ad omnia se extendit sine nova additione.
- 711 In virtutibus autem moralibus motivum est recitudo et bonitas* operis in tali genere seu materia, quæ universaliter debet complecti tam objectum quam circumstantias, et omnes regulare et rectificare debet ita ut ex nulla* parte deficiat, et sic non indiget novo motivo rectificante circa collectionem totius illius materiæ ad quam inclinat.

*n. 665 sq.

*n. 668

*n. 640

*n. 672

*n. 643 sq.,
682, 705, 718

*n. 593

*n. 676 sq.,
680

*n. 694

*n. 664

*n. 665

*n. 656

*n. 726

- 712 At vero* scientia indiget novo motivo illuminante circa diversas conclusiones et veritates intra collectionem ejusdem scientiæ. *n. 643 sq., 670 sq.
- 713 Si ergo nova motiva se offerunt in virtutibus pro vincendis diversis materiis et actibus eliciendis, non sunt nova motiva rectificativa talis inclinationis, quod pertinet ad formalem et intrinsecam rationem motivi virtutis, sed erunt motiva aut rationes intrinsecæ impulsivæ aut attractivæ ut in illa materia se exercent, aut ablativæ* impedimentorum quæ ex parte corporis vel passionum se offerunt, vel etiam convenientiam ipsam materiæ et proportionem coaptantia. *n. 703, 706 sq.
- 714 XLIX. — Nec* dici potest quod hac ratione sufficeret una virtus moralis ad omnia opera virtuosa et ad omnes materias, quia homo justus habet universale motivum operandi omnia propter bonum rationis, et per conformitatem ac subjectionem* ad legem; solum ergo requiretur applicatio nova diversæ materiæ, non diversa ratio formalis rectificativa propter universalitatem* motivi circa bonum morale, cum tamen dentur diversæ virtutes cum diversa rectificatione et rationibus formalibus pro diversis materiis. *n. 715 sq. *n. 656 *n. 666
- 715 L. — Sed respondetur* negando sequelam, quia illud universale motivum operandi omnia propter bonum rationis est motivum intentionis, non electionis, quæ intentio versatur circa finem, quatenus aliquis vult et intendit studiose vivere, et ex tali intentione nascitur recta electio circa diversas materias, et ad istam rectam electionem ponitur virtus moralis, quæ est habitus electivus, quæ utique electio est circa determinatum medium et determinatam materiam, et distinctam *n. 714

- difficultatem habet in regulatione sua cum regulis rationis una materia atque alia, ideoque distinctæ virtutes requiruntur, et non* sufficit una virtus moralis pro omnibus rectis electionibus, ut determinat S. Thomas (Ia-IIæ, q. 60, a. 1), eo quod in diversis materiis invenitur diversa participatio et regulatio rationis, sicut aliter regulatur fortitudo quæ timorem moderatur aggrediendo vel sustinendo, quam temperantia quæ concupiscentiam minuit frænando et detinendo. *n. 719
- 716 Cæterum in linea et ordine electionis, oportet quod ratio formalis recte eligendi unam materiam, cum in illa procedat secundum plenitudinem* bonitatis actus non permittendo aliquem defectum, eadem ratio formalis se extendat ad omnia quæ in tali materia electiva comprehenduntur. Et ita virtus moralis intra suam lineam et ordinem habet universalitatem*, scilicet in eligendo illam determinatam materiam et omnia quæ inadæquate ad illam spectant, quia sub eadem moralitate et regulatione et mensura respiciuntur, et ex nulla parte ab illa deficere debent. *n. 656 *n. 666
- 717 LI. — Et hinc deducitur solutio ad reliqua quæ in argumento principali proponebantur*, et ad ejus confirmationem*, dicimus enim charitatem et fidem posse crescere secundum extrinsecam applicationem et appositionem materiæ credibilis, non secundum intrinsecam immutationem* rationis formalis. Et in hoc sensu perfectior* habetur fides nunc quam in Lege Veteri, ratione plurium credibilium ad quæ se extendit. Et Apostoli dixerunt (*Luc. 17, 5*): *Adauge nobis fidem*, quoad extensionem quidem, augmento extrinseco, quoad intentionem*, intrinseco. Et idem est de spe et charitate et virtutibus moralibus. *n. 676 sq. *n. 679 sq. *n. 593 *n. 680 *n. 742

718 LII. — **Et ad confirmationem***, constat ex dictis de disparitate* inter scientiam et virtutes morales, quia in scientiis dependet* ratio formalis in illuminando a mediis et præmissis, quæ pro diversis conclusionibus diversa sunt, et ab illis perficitur in ratione illuminativa, quia perficitur in ratione probativa*, et illuminatio per probationem fit. *n. 682 sq. *n. 652 *n. 705, 708 *n. 643 sq.

719 In virtutibus autem non perficitur ratio formalis per media particularia rectificativa, sed quælibet minima virtus habet integram et totalem* rectificationem, atque adeo universalem pro sua materia seu objecto, non* autem sufficit una virtus pro omnibus materiis, quia ex diversis materiis sunt diversæ rectificationes et modi regulandi electionem, nec potest inclinatio voluntatis uno modo se extendere ad omnes. In quolibet autem materia quælibet rectificatio illius est plena et integra et universalis respectu talis materiæ, cum ex nulla parte debeat deficere: bonum enim (præsertim morale) ex integra* causa. Unde si dantur diversa motiva ut ad diversas inadæquatas materias se extendat, illa non sunt motiva diversa aut meliori modo rectificantia, sed solum conducentia ad tollenda impedimenta* extrinseca et applicandum materiam. *n. 656, 666 *n. 715 *n. 666 *n. 703, 707 sq.

○

720 LIII. — **Sed inquire** an id quod dicimus de virtutibus moralibus, quod non habeant augmentum extensivum, intelligatur etiam* de prudentia, quæ in intellectu est et dependet in sui illuminatione a diversis mediis et speciebus, sicut scientiæ et artes, et sic proficit* homo in prudentia sicut in scientia, in hac per studium, in illa per experientiam* et sensum collationemque diversorum eventuum. *n. 674 *n. 727 *n. 729

721 LIV. — **Respondetur** in prudentia duo considerari.

722 *Alterum* præsuppositum ex parte voluntatis, scilicet esse recte dispositam et inclinatum circa fines virtutum. Sine hac enim inclinatione recta non potest aliquis esse prudens, præsertim quoad principalem actum, qui est recte præcipere et ordinare, cum tota efficacia præcepti sit* ex voluntate derivata. *n. 344

723 *Alterum* est formale in prudentia ex parte intellectus se tenens, scilicet directio et imperium seu ordinatio de agendis juxta regulas rationabiles.

724 *Quoad primum**, non suscipit augmentum extensivum prudentia, sicut nec ipsæ virtutes morales. Supponit enim prudentia rectam æstimationem circa fines operabilium, et appetitum rectificatum circa illos, quod fit per habitus virtutum moralium, ut docet S. Thomas (Ia-IIæ, q. 58, a. 5, et IIa-IIæ, q. 47, a. 13). *n. 722

725 Et dicuntur istæ rectificationes habere se ut principia prudentiæ, quia iudicium prudentiale formatur ex connaturalitate quadam et inclinatione hominis ad ea quæ virtuosa sunt et honesta. Virtuosus enim prout talis non iudicat, nec habet æstimationem de agendis secundum scientiam speculativam* quæ disputat de quidditate rerum, sed secundum scientiam practicam, quæ oritur ex aliqua connaturalitate et affectu ad res ipsas, sicut qui sunt experti et assuefacti ad aliquid melius iudicant practice de tali re quam qui solum abstracte et speculative formant iudicium ex discursu. Connaturalizatur autem homo et assuevit ad ea quæ sunt virtutis per* habitus illarum; ergo ipsi ut rectificantes appetitum circa fines honestos reddunt æstima- *n. 663 *n. 724

tionem et iudicium rectum connaturaliter ad res virtuosas, de quibus est prudentia.

- 726 Supponit ergo prudentia hanc rectificationem ex parte principiorum*, et ita ex hac parte non suscipit extensivum augmentum talis habitus prudentiæ, quia rectificatio illa, si vera est, ad omnem* defectum in illa materia excludendum extenditur. *n. 725
*n. 711
- 727 LV. — Cæterum, *quoad secundum** quod prudentia efficit, scilicet ex parte intellectus dirigere et consiliari et præcipere, potest augeri extensive, et sic quidam sunt perfectioris et majoris consilii vel prudentiæ quam alii, quia plures et magis extensas habent notitias, et proficit* homo in prudentia sicut in scientia vel arte, eo quod indiget ad hoc lumine practico dependente ex diversis* mediis et probationibus seu rationibus et diversis speciebus. *n. 723
*n. 720
*n. 643 sq., 871
- 728 Ratio enim practica, quæ discurrit circa unam veritatem, non potest circa aliam nisi diversas præmissas et motiva inveniatur quibus circa illam discurrat, et ideo lumen hoc practicum non est universale* et simplex, sed probativum et ex diversis mediis dependens*, ideoque extensione indiget perfici, ut plura complectatur. *n. 666
*n. 705, 718
- 729 Et ideo S. Thomas (IIa-IIæ, q. 49, a. 3 et 5) eodem modo loquitur de prudentia sicut de scientia, quia per docilitatem et ratiocinationem acquiritur, et de uno discurrit ad aliud, imo multo tempore et experimento* indiget ad sui acquisitionem, ideoque in juvenibus non datur, neque secundum actum, neque secundum habitum, ut ex Philosopho¹ docet ipse D. Thomas (IIa-IIæ, q. 47, a. 14 ad 3). *n. 720

¹ *Eth.*, II, 1 (1103 a 16).

ARTICULUS VI

DE AUGMENTO INTENSIVO HABITUUM

- 730 I. — Augmentum *intensivum** est quo formæ aliquæ perficiuntur et meliorantur in subjecto, sicut *extensivum** est quo meliorantur et quasi universalizantur* erga diversa objecta materialia. Intensiva autem perfectio non universalizat erga plures partes subjecti, sed in eadem indivisibili parte vel subjecto meliorat et vividiorem atque actualiorem* reddit formam. *n. 549, 551
*n. 549 sq.
*n. 665 sq., 672
*n. 636, 663
- 731 Circa augmentum istud intensivum **magna difficultas est** quomodo fiat, *an* per additionem partium seu entitatum et qualitatum de novo, *an* per aliquem modum* vel modos superadditos, *an* sine aliquo modo vel entitate ipsi formæ superaddita, per solam ipsius subjecti perfectionem, non per aliquid intrinsecum* ipsi accidenti vel formæ. *n. 583
*n. 717, 824
- 732 De qua difficultate late egimus in libris *De Generatione*¹.
- ● ●
- 733 II. — Quantum vero attinet ad præsens, breviter dicimus **tres*** esse præcipuas sententias circa intensionem formarum, et tres* esse præcipuas explicationes circa sententiam D. Thomæ. *n. 735 sqq.
*n. 771 sqq.

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 1-3, II (Reiser), p. 635-659.

* *

734 Sententiæ circa intensionem formarum sunt.

○

735 **Prima*** affirmat intensionem et remissionem fieri non per additionem vel modificationem formæ, sed per generationem novæ formæ perfectioris vel imperfectioris. — Est Durandi (In I *Sent.*, dist. 17, q. 7, n. 25), sequunturque aliqui ex antiquis. *n. 739 sq.

○

736 **Secunda*** affirmat fieri per additionem novæ realitatis seu entitatis formæ ad præexistentem, et ita parificat augmentum extensivum augmento intensivo, et sicut videmus sensibiliter quantitatem fieri majorem per additionem unius partis ad aliam, ita existimat intendi qualitatem per hoc quod pars seu entitas* qualitatis addatur ad aliam. — Ita Scotus (In I *Sent.*, dist. 17, q. 3). Sequuntur ex recentioribus plures, Suarez (*Metaph.*, disp. 46, sect. 1, n. 35–40)¹, Vazquez (In Iam–IIæ, q. 52, disp. 82, cap. 3), Fonseca², Rubio³, Granados⁴, Salas, et alii. *n. 746 sq., 914, 929 sq. *n. 573

○

737 **Tertia*** sententia est quod fiat intensio non additione novæ formæ aut realitatis, sed nova modificatione* ejusdem in ordine ad subjectum quod magis sibi *n. 771 sq. *n. 583

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 764–765.

² In V *Metaph.*, cap. 13, q. 1, sect. 14.

³ In I *De Gen. et Corrupt.*, tract. de Alterat., q. 5, n. 145.

⁴ In Iam–IIæ, contr. 4, disp. 38, n. 1.

subjicit et potentialitatem ejus in actum reducit*. — Hæc sententia est S. Thomæ* (Ia–IIæ, q. 52, a. 2; IIa–IIæ, q. 24, a. 5; In I *Sent.*, dist. 17, q. 2, a. 2; *De Virt. in Communi*, a. 11). *n. 636, 812 *n. 800

738 Sequuntur plures ex antiquis et recentioribus. *Ex antiquis*, Capreolus¹, Aegidius², Hervæus³, Soncinas⁴, Astudillo⁵. *Ex recentioribus*, Cajetanus⁶, Soto⁷, Conradus⁸, Medina⁹, Martinez¹⁰, Bagnes¹¹, Lorca¹² et Montesinos¹³.

* * *

739 III. — **Prima*** sententia ex eo rejicitur, quia *contra lumen ipsum rationis* vult formam destrui* quando perficitur. Forma enim intensa perfectior est remissa, nec alterius speciei, sed ejusdem, albedo intensa et remissa. Quomodo ergo potest destrui per hoc quod perficitur. *n. 735 *n. 934

○

740 *Obstat etiam experientia* in aliis rebus quæ crescunt et perficiuntur sine hoc quod destruantur, sicut

¹ In I *Sent.*, dist. 17, q. 2.

² *Quodl.* 2, q. 14.

³ In I *Sent.*, dist. 17, q. 5, et *Quodl.* 6, q. 11.

⁴ *Metaph.*, VIII, q. 21.

⁵ In I *De Gen. et Corrupt.*, q. 8.

⁶ In Iam–IIæ, q. 52, a. 2, n. 4.

⁷ In I *Sent.*, dist. 17.

⁸ In Iam–IIæ, q. 52, a. 2.

⁹ In Iam–IIæ, q. 52, a. 2.

¹⁰ In Iam–IIæ, q. 52, a. 2.

¹¹ In Iam–IIæ, q. 52, a. 2.

¹² In Iam–IIæ, q. 52, a. 2.

¹³ In Iam–IIæ, q. 52, disp. 33, q. 3.

homo et animal, cum augetur et roboratur, non destruitur; scientia, fides, charitas cum augentur*, non destruantur. *n. 717

741 Certe si augeri esset destrui, falso res diceretur meliorari et perfici per augmentum, nec possemus augmentum desiderare alicui rei nisi ejus destructionem volendo, imo nunquam res aliqua posset per intensiorem meliorari et perfici, siquidem forma quæ de novo venit non perficitur et melioratur, quæ ante erat destruitur; nihil ergo melioratur et perficitur per istud augmentum, et sic proprie nihil augetur, quia si destruitur non crescit, sed aliquid aliud fit.

742 Unde frustra dicerent Apostoli ad Christum (*Luc.* 17, 5): *Adauge* nobis fidem*; et Paulus (*Philip.* 1, 9): *Oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet*; et Augustinus (*In Joan.*, tract. LXXIV, super 14, 16)¹: “Charitas meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici”.

○

743 IV. — Denique quando qualitas intenditur, verbi gratia, calor, nihil illi est contrarium, sed potius consentaneum et conservativum, scilicet magis calidum pro minori calido; ergo non destruitur minor calor in ratione caloris. Destruitur autem illa minoreitas seu modus aut status remissionis et imperfectionis, sicut in quantitate destruitur quantitas ut minor quando redditur major, non quantitas absolute. Et iste est terminus a quo, qui relinquitur quando fit augmentum, scilicet non deperditio qualitatis aut quantitatis, sed ipse modus minoreitatis aut majoreitatis.

¹ PL 35, 1827.

★ ★

744 Et sic non habet vim fundamentum Durandi, quod quia relinquitur qualitas minor et se habet ut terminus a quo, debet destrui. Non enim se habet ut terminus a quo qualitas ipsa in re, sed ut minor seu ut subest tali modo aut gradui quem amittit.

745 Similiter id quod advenit de novo per intensionem non est nova qualitas distincta quæ præcedentem expellat, sed novus modus qui præcedentem expellat. Sicut cum aliquis transit de loco ad locum expellit modum ubicationis novo modo adveniente, non vero realitatem aliquam perdit.

* * *

746 V. — **Secunda* sententia** Scoti et sequacium ejus, in eo quod ponit intensivum augmentum fieri per additionem novæ realitatis et entitatis, easdem patitur difficultates, quas supra* ostendimus inveniri in augmento extensivo, quod aliqui dicunt* fieri per additionem novæ entitatis, præsertim quia non est intelligibile formam aliquam esse compositam ex partibus nisi correspondeat diversis partibus subjecti, sicut quantitas: in eadem autem indivisibili parte non potest esse forma cum diversis partibus et entitatibus formæ nisi *vel** illæ partes sint ibi distinctæ et solum* per modum aggregationis conjunctæ, *vel** fiant unum per aliquam unionem illarum et compositionem inter se. *n. 736
*n. 597 sqq.
*n. 572 sq.
*n. 747
*n. 573 sq.
*n. 747

747 Et *primum** obstat unitati formæ intensæ, *secundum*, actualitati et simplicitati, erit enim non forma, sed formatum* et constans ex actu et potentia. De *n. 746
*n. 600 sq.

ratione* autem formæ est quod se habeat ut quo et ut informans* et componens, non ut res composita et constans ex partibus, et consequenter ut totum et ut quod in quantum composita, ut late supra* ponderavimus. *n. 595 sq. *n. 602 *p. 595 sqq.

748 Et illa forma sic ex multis partialibus* constans et composita esset quoddam mixtum et resultans ex illis entitatibus, et sic esset quoddam tertium*, non autem eademmet forma quæ ante erat remissa. Et sic intensio fit per novæ formæ acquisitionem et alterius deperditionem, sicut mixtum ex miscibilibus. *n. 574, 588, 611 *n. 765 sq.

749 VI. — Si autem forma intensa non est aliquid unum in se perfectum, sed aggregatio* multarum entitatum in unam partem subjecti, erit forma intensa ens per accidens, nec poterit una indivisibilis forma esse intensa, sicut lux solis aut calor ignis non erunt forma una, cum tamen illuminatio* solis et calefactio ignis sint unica indivisibilis actio, quæ intensa et efficax est magis quam calor animalis vel illuminatio lunæ; et a charitate elici potest unus actus indivisibilis intensior alio, et tamen ibi non sunt multi actus aggregati et conglobati, sed unus indivisibilis unica egressione emanans. Non ergo intensio formæ consistit in aggregatione* multarum entitatum et qualitatum vel actuum. *n. 746 *n. 763 *n. 746

⊙

750 Et præterea restat eadem difficultas statim ponderanda, *an* omnes illæ entitates sint æquales et ejusdem rationis, *an* inæquales.

751 *Si enim inæquales* sunt*, sumo illam quæ major est, et illa per se solam sine alterius adjunctione erit perfectior; ergo intensior. *n. 750, 766

752 *Si sunt omnino æquales**, non poterunt omnes junctæ in eadem parte et applicatæ facere majorem effectum quam una tantum: si enim duo luminosa ejusdem prorsus et æqualis luminis essent penetrata et eidem lineæ seu loco applicata, non facerent majorem effectum quam unum tantum, quia sunt æqualis et ejusdem efficaciam et virtutis. Plures autem formæ ejusdem æqualitatis et actualitatis et virtutis nec in suo subjecto ponunt nisi eundem effectum formalem, quia non dant plusquam habent, et illum quidem multiplicatum, sed non* perfectiorem nec meliorem inducunt effectum in genere causæ efficientis, quia eandem vim et efficaciam habent applicatam eidem parti aut puncto sui passi. Et sic multiplicabunt*, non meliorabunt effectus. *n. 750 *n. 761 *n. 766

★ ★

753 VII. — Ex his autem ulterius progredimur ad explicandum in particulari quomodo in augmento intensivo non possit admitti additio* diversarum entitatum* seu realitatum sive partium qualitatis. *n. 736 *n. 583

754 Etenim in augmento intensivo non habentur diversa* media sicut in extensivo, quibus proceditur ad diversas conclusiones, nec habentur diversæ partes subjecti sicut in partibus quantitativis*, quibus extenditur subjectum et accidens illi superveniens, sed præcise in eadem parte aut indivisibili puncto fit intensio formæ. *n. 643 sq. *n. 127, 607

⊙

755 Et sic si partes diversæ adveniunt ut forma illa per multiplicationem reddatur perfectior, necesse est quod *vel** illæ partes uniantur inter se et faciant unum *n. 756

compositum aut mixtum resultans, quod sit et dicatur qualitas intensa, **vel*** non uniantur illæ partes inter se, sed solum in subjecto, ibique multiplicatæ et conglobatæ dicantur qualitas intensa. *n. 762

756 **Primum** sæpe* a nobis rejectum est, quia si intensio qualitatis fieret per illam unionem partium inter se, intensio qualitatis esset compositio et qualitas intensa quoddam compositum aut mixtum. *n. 600 sq.

757 Quod *generaliter* est contra* rationem formæ, quæ nunquam potest habere rationem formati si est forma, ergo neque compositi. Et sic si forma intensa manet vera et propria forma, non potest habere partes ex quibus formetur per se loquendo nisi loquamur de partibus materiæ, quæ per accidens reddunt formam divisam aut divisibilem, sed hoc pertinet ad extensionem, non* ad intensionem. *n. 600 sq., 759 *n. 730

758 Si autem una pars formæ alteri unitur, et cum ea componit et facit unum totum melius aut majus, oportet* quod una pars se habeat ut actus, alia ut potentia, quia duo actus non possunt inter se uniri, sed cum subjecto: oportet enim ad componendam unitatem id quod deest uni recipi in ipso et ab altero dari, quod sine potentia et actu stare non potest. Forma autem ut forma solum se habet* ut actus, non ut potentia, quia quod potentiæ est non informat, sed informatur. Et sic totaliter non est forma, quæ componit cum altera tamquam potentia. *n. 609 sq. *n. 598

759 VIII. — *Specialiter* autem est contra* rationem formæ intensæ, quia intensio non est essentialis qualitati, sed accidentaliter et contingenter ipsi convenit, *n. 757

ut patet, quia sine ipsa potest qualitas illa essentialiter conservari in gradu remisso*; ergo id quod additur per intensionem, si est entitas seu qualitas, non est pars essentialis ejus, sed si est pars seu entitas addita, debet esse pars integralis et accidentaliter se habens ad alteram. *n. 760

760 Si enim essentialiter se haberet, *aut* non supponeret essentiam qualitatis in qualitate remissa* cui superadditur, *aut* si supponeret essentiam constitutam in qualitate remissa, et tamen essentialiter superveniret, variaret speciem seu essentiam qualitatis, quia ut inquit S. Thomas (Ia-IIæ, q. 52, a. 2): “Talis additio vel subtractio speciem variaret; sicut variatur species coloris, quando de pallido fit album”. Loquitur enim sanctus Doctor de additione partium seu entitatum essentialiter se habentium. *n. 759

761 Si ergo partes istæ seu entitates intendentes formam sunt partes integrales et quasi accidentales ejusdem formæ, repugnat quod possint illam intendere, quia non potest intelligi quod plures partes integrales ad invicem uniantur et unum perfectius et melius componant, nisi inter ipsas partes detur inæqualitas et una sit altera perfectior, quia si omnes sunt æquales, erit majus vel multiplicius, non* magis aut perfectius, sicut videmus in partibus quantitativis quando uniuntur; et ulterius requiritur quod contineantur omnes sub aliqua forma una conjungente illas, alias non poterit verificari quod fiant unum, sicut patet in partibus integralibus quantitativis, quæ nisi unica forma informantur non componunt unum simpliciter, eo quod partes materiales sunt et informatione indigent. Unde si ipsamet forma etiam hujusmodi partes haberet integrantes et materiales, indigeret alia forma informante *n. 752, 766

eas et ad unitatem reducende, quod est absurdum et inducere processum in infinitum.

- 762 IX. — Si vero dicatur* quod illæ partes seu entitates diversæ et superadditæ non uniuntur inter se ita quod una alteram informet vel illi misceatur, sed solum uniuntur in subjecto et ibi conglobatæ et coacervatæ* dicuntur esse qualitas intensa, sequitur qualitatem intensam esse unum per accidens, nec posse vere enuntiari de aliqua qualitate quod sit melior seu perfectior in se ipsa, quia melioratio solum consistit in eo quod sint plures conjunctæ, non eadem meliorata. *n. 755
*n. 763
- 763 Et tamen ab effectu constat oppositum, quia qualitas intensa operari potest unica operatione intensa, ut patet in actu intenso scientiæ; nec enim plures actus fiunt, sed unus, et illuminatio* solis una est, non minus quam stellæ vel ignis, et est intensa, imo unita virtus fortius agit, quanto ergo fortior tanto magis una. Sicut ergo intensa actio est una indivisibiliter, ita et virtus intensa una est, non plures coacervatæ* in subjecto. *n. 749
*n. 762
- 764 Item, quia si plures qualitates seu partes caloris vel lucis faciunt unam qualitatem intensam et eliciunt plures actiones partiales, quælibet ex illis erit remissa et imperfecta. Quomodo ergo resultat illa major intensio et perfectio ex pluribus imperfectis et remissis?
- 765 Quando enim plura imperfecta non uniuntur nec miscentur inter se ad constituendum unum tertium* perfectum, sed quodlibet eorum in sua remissione remanet, et sic afficit et informat subjectum vel producit actionem, non apparet quomodo unum perfectum et intensum fiat, sed quomodo multiplicentur* plura im-

perfecta. Multiplicatio autem imperfectorum non potest facere perfectum nisi illis imperfectionibus sublatis et in unum tertium et distinctum resultantibus. Et sic si fit unum tertium ex illis, sequitur quod per intensiorem mutatur, seu destruitur qualitas præcedens et fit alia tertia, atque adeo intensio erit destructio qualitatis præcedentis, non melioratio, quod supra* rejectum est. *n. 748

- 766 X. — Quare si plures entitates imperfectæ et remissæ conveniunt in subjecto, vel miscentur ad hoc ut resultet unum tertium et distinctum ex illis, et sic destruetur* qualitas præcedens per resultantiam illius distinctæ; vel manebunt omnes illæ qualitates imperfectæ simul in eodem subjecto, et sic multiplicabuntur* imperfecti effectus, non unus perfectus fiet; aut illæ entitates erunt inæquales*, et una melior et perfectior altera, et illa melioratio erit intensio (nec enim alia esse potest), et sic illa pars et simplex entitas qualitatis erit intensior et perfectior altera entitate, quæ remissa et imperfecta est. *n. 748
*n. 752, 761
*n. 751, 767
- 767 Et tunc restat videre per quid illa pars inæqualis* et melior excedit aliam remissam et imperfectam, non per superadditam qualitatem (sic enim erit processus in infinitum), sed per aliquem modum, siquidem non essentialiter, sed numerice* ab ea differt. Ergo intensio et perfectio qualitatis per aliquem modum* fit. *n. 770
*n. 583
- 768 XI. — Denique, si constat intensio ex partibus et entitatibus inæqualibus, ita quod gradus quartus sit perfectior quam secundus, et non est modus, sed realitas et forma distincta, non apparet implicatio quod ponatur illa entitas gradus quarti sine entitate gradus tertii,

et sic dabitur intensio ut quatuor ubi non est intensio ut duo neque ut tria, quod est absurdum, et tunc sola illa entitas ut quatuor sufficiet pro intensione formæ, reliquæ vero superfluent.

- 769 Si autem omnes entitates sunt æquales, et solum ista dicitur quarta vel quinta quia quarto vel quinto loco posita est in subjecto, per accidens fit intensio per illam, quia casuale est quod tali loco aut ordine fiat. Et sequuntur alia inconvenientia allata*.
*n. 752
- 770 XII. — Et ad hoc accumulatur rationes supra* factæ, quando egimus de augmento extensivo, ad probandum quod non fit per additionem novæ qualitatis, quia nec partes illæ possunt esse æquales nec inæquales, et aliæ quas ibi, et in quæstionibus *De Generatione* addidimus¹, quia non possunt duo accidentia solo numero* diversa esse in eodem subjecto simul, et alia quæ ibi videri possunt.
*n. 594 sqq.
*n. 767
- * * *
- 771 XIII. — CIRCA SENTENTIAM AUTEM D. THOMÆ*, quod intensio fiat non per additionem† novæ qualitatis vel destructionem præcedentis et generationem* novæ, sed per majorem radicationem ejusdem in subjecto, qui est novus modus erga subjectum, tres* sunt explicationes.
*n. 737, 800
†n. 736, 583
*n. 735
*n. 733

* *

- 772 **Prima*** est istum modum esse novam existentiam seu inhærentiam formæ in subjecto. — Quod attribuitur

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 2, 3, II (Reiser), p. 647-648, 657-659; q. 9, a. 5, II (Reiser), p. 793-794.

communiter Capreolo (In I *Sent.*, dist. 17, q. 2, a. 3 ad 2); Astudillo (In I *De Gen. et Corrupt.*, q. 8 et 9).

○

- 773 **Alii*** in unione diversa ad subjectum. — Quod attribuitur Cajetano (In Iam-IIæ, q. 52, a. 2, n. 4), ubi dicit quod simplex forma intenditur in subjecto per hoc quod magis sibi subjicit subjectum. Quod multi Thomistæ sequuntur, et Gregorius Martinez (In Iam-IIæ, q. 52, a. 2, dub. 1).
*n. 783 sq.

○

- 774 **Tertia*** explicatio est fieri per novam et intrinsecam actualitatem ipsius formæ, qua actualior redditur in se ad informandum, et non est sola nova unio aut existentia aut inhærentia. Nam D. Thomas perpetuo docet ignorare* propriam vocem qui dicunt radicari seu uniri formam in subjecto, et non perfici in se intrinsece.
*n. 787 sq.
*n. 781
- 775 Sed tamen adhuc dupliciter* potest hoc explicari.
*n. 776 sq.,
787 sq.
- 776 **Primo**, quod illa intrinseca perfectio et actualitas sit per expulsionem* contrarii, vincendo enim et expellendo illud fit magis perfecta et magis dominatur et subjicit sibi passum. — Quod tribuitur Aegidio (*Quodl.* 2, q. 14).
*n. 787
- 777 **Secundo***, quod in se intrinsece majorem vim et actualitatem recipiat forma ad informandum subjectum, et per hanc tamquam per rationem formalem seu vim informandi novo modo se communicat qualitas subjecto, distinguuntque hunc modum a modo unionis
*n. 788

et inhærentiæ et existentiæ accidentis, vocantque illum proprio nomine modum radicationis. — Quod aliqui Thomistæ hoc tempore sequuntur.

★ ★

778 XIV. — **Prima* explicatio** illud habet inconveni-^{*n. 772}
niens quod accidens non potest mutare existentiam
et inhærentiam, nisi fiat aliqua corruptio et productio.
Nam amissio existentiæ est corruptio, et acquisitio
novæ existentiæ est productio vel reproductio: nihil
enim aliud est corrumpi quam amittere esse. Si ergo
qualitas ut intendatur amittit esse seu existentiam quam
habet, et aliam acquirit, desinit esse seu corrumpitur,
et acquirit esse seu reproductur, quod est incidere in
primam* sententiam.

<sup>*n. 735,
739 sq.</sup>

○

779 Deinde non explicat vim propriam et rationem in-
tensionis, quia illa existentia aut inhærentia, *vel* est
perfectior quam ante erat, *vel* eadem seu æque imper-
fecta.

780 Si æque imperfecta, manet sicut ante, et sic non
intenditur qualitas, quia intendi est perfici* et meliorari.^{*n. 730}

781 Si autem existentia et inhærentia est perfectior,
oportet quod supponat naturam seu essentiam perfec-
torem, quia existentia perfectionem et nobilitatem su-
mit ab essentia cujus existentia est. Nec potest intel-
ligi quod intensio reddat qualitatem auctam et melio-
rem secundum inhærentiam vel radicationem, et non
secundum essentiam, et oppositum dicit D. Thomas

quod est propriam ignorare* vocem (IIa-IIæ, q. 24, ^{*n. 774}
a. 4 ad 3) et (*De Virt. in Communi*, a. 11). Unde
etiam (*Quodl.* 9, q. 6, a. 13) inquit quod quando dicitur
augeri charitatem secundum essentiam, non intelligitur
quod est augmentum seu motus ille in esse vel in essen-
tia, sed secundum quantitatem.

782 Non ergo mutatur aut melioratur esse vel existen-
tia qualitatis non meliorata entitate, ut distinguitur ab
existentia. Si autem entitas ipsa melioratur, restat
explicandum quid illud sit, vel quis modus* addatur. ^{*n. 771}

★ ★

783 XV. — **Secunda* explicatio**, nisi aliquid amplius ^{*n. 773}
dicat, patitur easdem* difficultates, eo quod unio acci-^{*n. 778 sq.}
dentis, *aut* est ipsa inhærentia, *aut* involvit illam; nec
videtur posse mutari* unionem nisi mutetur inhærentia. ^{*n. 785}
Unde currit difficultas posita contra istum* modum. <sup>*n. 772,
778 sq.</sup>

784 Nam unio illa, si est perfectior quam ante, sup-
ponit perfectiorem entitatem qualitatis quæ unitur,
nec enim, ut dicit* S. Thomas, intensio perficit qualita-^{*n. 781}
tem secundum rationem, et non secundum entitatem
vel essentiam. Perfectior ergo unio entitatem suppo-
nit perfectiorem, et tunc restat explicare per quid per-
ficiatur ista qualitas ut perfectius uniatur. Præter-
quam quod unio accidentis ad subjectum est dependen-
tia* accidentis in suo esse a subjecto, ideo enim unitur ^{*n. 801}
ut in suo esse dependeat et conservetur.

785 Si ergo mutat* unionem, mutat dependentiam in ^{*n. 783, 786}
esse, et sic desinit et destruitur accidens, nec enim
potest accidens sine unione permanere, nisi a Deo con-

servetur separatum, quod hic non intervenit. Actio ergo quæ removet unionem accidentis removet esse illius, sicut quando removetur unio formæ substantialis destruitur vel separatur forma et ipsum totum, ergo si intensio removet accidentis unionem, destruit illud, et iterum uniendo reproducit, quod est absurdum.

- 786 Quod si unionem non removet*, sed relinquit, et aliam superaddit, remanebunt in accidente intenso plures uniones quam in remisso, cum tamen æque pendeat utrumque accidens a subjecto, et remaneat eadem difficultas, quomodo plures uniones simul sint in eodem subjecto: est enim eadem difficultas* ac de pluribus entitatibus. *n. 785
*n. 736,
746 sqq.

* *

- 787 XVI. — **Tertia* explicatio** quoad utramque† partem claudicat. Nam intensio non consistit in expulsionem* contrarii: *tum* quia prius est in se perfici et generari quam contrarium destrui, corruptio enim et destructio semper est effectus secundarius; *tum* quia non potest forma, quæ præexistit in aliquo subjecto, expellere contrarium quod ante non expellebat, nisi in se immutetur et perficiatur, ergo prius est in se crescere quam contrarium expellere; *tum* quia potest Deus, vel etiam naturale agens in subjecto nihil frigoris habente, ponere qualitatem remissam, et in anima nihil peccati habente potest* dari charitas et gratia remissa, ut in parvulis, et sine ulla infidelitate potest* dari fides remissa in aliquibus fidelibus. E converso autem potest Deus* simul conjungere in subjecto duas qualitatis contrarias in gradibus intensis; ergo non potest consistere* intensio in sola et præcisa expulsionem contrarii. *n. 774
†n. 775 sq.
*n. 776, 809,
812, 841
*n. 811,
817 sq., 830
*n. 811,
817 sq.
*n. 805
*n. 776

○

- 788 XVII. — **Quoad secundam* vero partem** hujus explicationis, scilicet de additione novæ vis informativæ, quæ vocatur modus* radicationis distinguiturque ab unione seu inhærentia et existentia subjecti, impugnavimus¹ eam. *n. 777
*n. 790
- 789 Et vis impugnationis reducitur ad hoc, quia actualitas informativa qualitatis non potest ipsi convenire per additionem modi*, eo quod informatio et effectus formalis non* est aliud quam communicatio ipsius formæ* in subjecto. Si ergo forma accipit majorem vim informandi et communicandi suum effectum formalem, cum hic effectus formalis sit ipsa forma communicata, non potest majorem vim et actualitatem communicandi habere nisi novam formam habeat, et non novum modum. *n. 771
*n. 794, 951
*n. 961
- 790 **Quod declaratur sic**, quia *vel* ille modus* superadditus deservit ut qualitas communicet novum effectum modalem subjecto, quem antea non communicabat quia modum illum non habebat, *vel* ut communicet novum effectum realem, medio tamen illo modo. *n. 777, 788
- 791 *Si hoc secundum**, non potest ille modus servire ut ratio formalis superaddita, sed ut conditio requisita ad hoc ut forma, posito illo modo, perfectius informet et communicetur, et tunc ille modus, si solum est conditio, non potest se habere nisi tamquam unio seu applicatio aut inhærentia*. *n. 790
*n. 772,
778 sq.
*n. 790
- 792 *Si dicatur primum**, ergo non accipiet qualitas majorem vim activam communicandi se, sed majorem *n. 790

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 2, II (Reiser), p. 650 a 31 sq.

vim modalem ad communicandum effectum formalem modalem, et hoc est idem quod altera* sententia dicit, quæ non negat addi modum per intensionem, et consequenter effectum formalem modalem, sed tamen iste modus facit formam ipsam magis explicari in subjecto, illudque subjicere sibi.

*n. 773,
783 sq.

793 Et sic præter effectum formalem, qui fit a modo, necesse* est explicare quomodo major effectus formalis fiat ab ipsamet qualitate, qui sit effectus realis et non modalis.

*n. 912,
929 sq.

794 Nam dubitari non potest quod intensior qualitas non solum habet effectum modalem, sed realem meliorem quam remissa, ut patet, quia qualitas intensa meliores actus producit; disponit enim ad formam substantialem ad quam non disponit remissa, sicut calor ut octo ad ignem ad quem non sufficit calor ut duo, et alios similes effectus qui modales non sunt. Ergo non est dicendum quod ratione intensionis datur major vis et actualitas ad informandum per illum modum, cum effectus formalis non* sit solum modalis, sed realis.

*n. 789

795 XVIII. — Et præterea urget ratio illa quam ponderavimus¹, quia si gradus intensior dat actualitatem informandi modalem, similiter gradus remissus et omnes gradus qualitatis erunt effectus modales illius.

796 Quod si ita est, quod omnes gradus dant effectus modales, quid restabit in ipsa qualitate quod præbeat effectum formalem realem, siquidem quoad omnes gradus informat qualitas per modum, et ejus vis informativa sunt modi?

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 2, II (Reiser), p. 650 a 31 sq.

797 Aut si aliquid est in forma illa quæ det effectum formalem realem, et illamet forma non habet vim informativam dandi meliorem effectum, sed id accipit ex modo superveniente, non omnes effectus formales qualitatis sunt ejusdem rationis, sed aliquis erit realis et aliquis modalis.

798 Et parum refert quod ad melius informandum indigeat qualitas vi modali superaddita (si de se non habet illam vim) vel entitativa superaddita: quomodo enim in ratione informandi componitur cum modo et habet illam per modum et non per entitatem, eadem enim difficultas videtur manere.

799 De quo videantur plura, quæ diximus citato* loco¹. *n. 788, 795

★ ★

800 XIX. — Quare legitimus modus explicandi mentem* D. Thomæ et radicationem istam intensionis, supposito quod non* fit per additionem entitativam formæ sed* per novum modum formæ, sumi debet secundum diversum modum* unionis seu applicationis formæ ad subjectum (sive modus unionis sit medius inter formam et subjectum, sive consequens), sed tamen unio qualitatis seu formæ ad subjectum habet duplicem* effectum formalem, vel potius est conditio* requisita ut forma det duplici modo effectum formalem.

*n. 737, 771,
823

*n. 736,
746 sq.

*n. 737, 876

*n. 865, 867,
897, 949

*n. 947 sq.

*n. 930 sq.,
944

801 Alter est quantum ad dependentiam* formæ in suo esse a subjecto, sive quantum ad communicationem ejusdem esse ad subjectum.

*n. 784, 823,
948

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 2, II (Reiser), p. 650 a 31 sq.

- 802 *Alter* est quantum ad unitatem, sive convenientiam subjecti* cum ipsa forma. Unio enim ordinatur ad faciendam unitatem duorum, et quanto magis communicantur, magis* fit unum. *n. 949
*n. 804
-
- 803 Nec potest sic* uniri forma subjecto, faciendo majorem unitatem* cum illo quam antea, nisi major reddatur actualitas formæ in se, non quoad additionem entitatis, sed quoad vim actuandi, id est, reducendi ad unitatem et determinationem ipsam indeterminationem et potentialitatem subjecti ad plura*. Cum enim subjectum seu materia sit in potentia, et forma sit actus*, de se habent dissimilitudinem et disconvenientiam, et per communicationem ad invicem unum fiunt, dum actualitas supervincit* potentialitatem subjecti. *n. 802
*n. 926, 949
*n. 823, 866, 901
*n. 758
*n. 636
- 804 Quod si potentialitas subjecti sit indifferens ad oppositas formas quæ inter se latitudinem* habeant, id est, contrarietatem* aliquam quæ est oppositio cum aliqua latitudine et mediatione, quanto magis illa potentialitas subjecti determinatur et reducitur ad unam formam, tanto magis* dicitur fieri una cum illa, quia tanto minus est indeterminata et indifferens ad plura, et cum quadam confusione. *n. 944
*n. 893
*n. 802, 845
- 805 XX. — Quæ confusio et potentialitas non est in hoc quod possit habere plures formas *successive* (sic enim etiam in formis substantialibus datur hoc quod possit materia successive plures formas habere, nec* tamen in eis est intensio), sed illa confusio et potentialitas est ad habendum *simul** formas contrarias, licet de facto non semper habeat: hoc enim est proprium* formarum con-

- trarium et latitudinem habentium quod una non sit incompatibilis cum altera, quousque perfecte* vincat potentialitatem subjecti, in gradibus enim remissis* compatiuntur simul, sed in gradibus intensis connaturaliter* in se non compatiuntur. *n. 807, 812, 901
*n. 820
*n. 787
- 806 Et ideo illæ formæ quæ se mutuo non compatiuntur aequaliter et saltem in statu imperfecto in subjecto, sed in quocumque statu se expellunt ita quod solum successive possint esse in subjecto, tales sunt incapaces intensionis, sicut sunt duæ formæ substantiales, duæ quantitates, duæ figuræ, potentia et impotentia, et aliæ similes formæ quæ non intenduntur et remittuntur, quia non respiciunt subjectum capax utriusque formæ *simul**, sed solum successive una post alteram possunt informare subjectum. *n. 805
- 807 XXI. — Ex hoc enim etiam perspicitur ratio cur intensio non* sit per additionem formarum, aut accumulationem entitatum etiam partialium, sed secundum respectum formæ ad victoriam* supra subjectum, id est, ad vincendam* et determinandam potentialitatem et indifferentiam ejus, qua est capax plurium formarum *simul**, ad unam tantum ut ab illa tantum perfecte terminetur. *n. 736, 746 sqq.
*n. 829, 858, 867
*n. 803
*n. 805
- 808 Si enim per additionem entitatum et partium ejusdem formæ fieret intensio, non videtur aliqua esse ratio cur in quantitibus, in figuris, in potentiis, in formis substantialibus* posset fieri additio partium seu entitatum, et sic eis convenire intensionem. Cum autem solum* inveniatur intensio ubi est latitudo et contrarietas formarum, sic etiam intelligendum est quod in vincenda potentialitate et indeterminatione subjecti ad plures

formas *simul*, etiam in majori unitate et determinatione ad unam fit intensio.

- 809 XXII. — **Dices:** Hoc modo reducetur intensio unius formæ ad expulsionem contrariæ, quod supra* rejecimus. *n. 776, 787
- 810 Et in luce* datur intensio et remissio, nec tamen habet contrarium*. *n. 814 sq. *n. 805 sq.
- 811 Et fides* et charitas nunquam possunt esse simul cum suo opposito etiam* gradibus remissis, et tamen suscipiunt intensionem et remissionem. *n. 817 sq. *n. 787
- 812 XXIII. — **Respondetur*** nos negare, sicut et negat D. Thomas (Ia-IIæ, q. 52, a. 2), intensionem fieri per expulsionem* contrarii, aut requirere remissionem, coexistentiam et compatibilitatem simul cum alio contrario. *Sed dicimus* intensionem fieri per hoc quod potentialitas subjecti ad formas contrarias, quæ de se indeterminata est et indifferens et in quadam confusione illius potentialitatis et indifferentiæ, terminetur* et reducatur* ad majorem unitatem illius formæ, ita quod totam illam confusionem et indeterminationem potentialitatis adæquet. *n. 809 *n. 776, 787, 813 *n. 805 *n. 636, 737
- 813 Longe autem diversum est intensionem *fieri* per actualem expulsionem contrarii (quia potest non dari contrarium actum), *aut fieri* per actionem et determinationem illius potentialitatis quæ est ad contraria. Et per hoc quod magis vel minus adæquate se habeat in vincenda et determinanda illa potentialitate, dicitur intendi aut remitti*. *n. 867

- 814 XXIV. — De luce* autem dicimus non habere contrarium formaliter, sed virtualiter* et æquivalenter, quatenus ita tollitur aut extinguitur lux per privationem quæ sunt tenebræ*, quod etiam est capax diminutionis et impedimenti per umbram, quæ non totaliter tollit lumen sed minuit, et compati potest in eodem subjecto umbra et lux aliqua, licet diminuta. *n. 810 *n. 816 *n. 816
- 815 Et similiter lux est capax refractionis, ut videmus in radiis, qui in medio crassiori impingentes franguntur et minuuntur quasi ipsa opacitate* mixti, ita ut aliquando divergant in colores ut in iride videmus. *n. 816
- 816 Quare licet ex parte tenebrarum* lux non habeat contrarium, quia tenebræ privatio sunt qua totaliter lux extinguitur, tamen ex parte opacitatis* habet virtualiter* contrarium, quatenus opacitas impeditiva est lucis ne recipiatur in subjecto seu transeat, et ex ipsa opacitate, aut lux refrangitur, aut umbra generatur, et ratione opacitatis plus vel minus in subjecto positæ lux minuitur, aut crescit, depurando subjectum ab illo contrario, si ibi sit, vel ipsam potentialitatem subjecti, qua est capax illius contrarii sive illius impedimenti, magis sibi subjicit et ad suam terminat* unitatem ejusque tollit confusionem. *n. 814 *n. 815 *n. 814 *n. 812, 842
- 817 XXV. — De fide* autem, spe, charitate, gratia, aliisque supernaturalibus habitibus, dicimus habere quidem ipsas virtutes aliquid contrarium, quo expellantur, verbi gratia, infidelitatem, desperationem, etc. *n. 811
- 818 Et ita quantum est ex parte contrarietatis, et ex parte potentialitatis subjecti ad utrumque, non* repugnat *simul** esse illas formas in gradibus remissis, repu- *n. 787, 819, 820 *n. 805 sq.

- gnat autem per accidens et ex aliquo extrinseco, quatenus quicumque actus* peccati mortalis, quantumvis remissus, importat aversionem ab ultimo fine, ratione cuius impedit* influentiam luminis spiritualis gratiæ et virtutum in animam. Est enim gratia et virtutes ipsam comitantes sicut quædam lux Dei et participatio splendoris ejus in anima, ad modum quo claritas aeris est participatio solis.
- 819 Et sicut lux posito impedimento statim cessat, ita posita illa aversione, quæ est impedimentum conversionis ad Deum, cessat illa lux gratiæ et virtutum, sive sit in gradu remisso sive intenso, cum tamen ex parte subjecti recipientis, scilicet, animæ et potentiarum ejus, sit* capacitas et potentialitas ad oppositas formas contrarias, et per majorem victoriam et reductionem* illius potentialitatis ad unitatem formæ inhærens crescit intensio.
- 820 XXVI. — Unde in virtutibus acquisitis moralibus, potentialitas quæ est ad vitia et ad virtutes compatitur* in gradibus remissis utrumque contrarium saltem entitative et physice, eo quod habitus vitii, verbi gratia, intemperantiæ, longa consuetudine acquisitus, non statim per unum actum temperantiæ vel habitum remissum expellitur, sed opposita consuetudine*, imo nec per infusionem gratiæ et virtutum supernaturalium habitus ille vitiosus expellitur, sed manet physice, licet non moraliter in ratione avertentis a rectificatione rationis, sed in ratione cujusdam inclinationis ad suum objectum: circa hoc enim patitur difficultates quis, etiam post justificationem, ex prava illa consuetudine.
- 821 Ergo signum est ex parte subjecti* inveniri potentialitatem erga contraria, quæ suam habet latitudinem

vincendam per intensionem et radicationem, licet per accidens* impediatur aliquando contrariæ illæ formæ etiam* in gradibus remissis esse in subjecto.

822 De quo diximus in libris *De Generatione*¹.

⊙

- 823 XXVII. — Quapropter ex mente* D. Thomæ intensio **explicanda* est** per unionem formæ ad subjectum, non quatenus præcise constituit communicationem in esse vel dependentiam* qualitatis in esse a subjecto, sed quatenus magis determinat potentialitatem illam et indeterminationem quam habet, seu confusionem* ad formas contrarias vel impeditivas sui, potestque de se* aliquid illarum simul habere talis potentialitas, quanto plus vincitur et subjicitur formæ et ad ejus unitatem magis terminatur dicitur intendi seu radicari* in subjecto, mutaturque illa unio et fit de novo quantum ad hoc quod in illa potentialitate subjecti minus loci relinquatur* ad oppositam formam minorque aptitudo et inclinatio in illam, eo quod totam illam confusionem et potentialitatem ad utramque* formam terminat unio istius subjiciens* totam illam potentialitatem sibi.
- 824 Et in hac terminatione et subjectione potentialitatis ad se variatur unio, non ipsa entitativa ratione unionis et communicatione in esse*. Nec ita variatur unio quod non etiam varietur et perficiatur ipsa forma ut unibilis et ut est radix talis unionis, quia sic crescit in radicatione forma quod etiam* in essentia perficitur, ut dicit D. Thomas², et nos sequenti articulo* in tertium argumentum et in fine articuli dicemus*.

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 10, a. 2, II (Reiser), p. 814 b 9 sq.

² IIa-IIæ, q. 24, a. 5.

- 825 **XXVIII.** — **Nec dici potest** quod si illa potentialitas est ad duas oppositas formas non potest una forma actuare utramque* potentialitatem, quia ratione illius potentialitatis est capax unius formæ, et ratione alterius est capax oppositæ; ergo non potest ista crescendo occupare potentialitatem suæ oppositæ formæ, quia non est capax illius. *n. 823
- 826 Imo bene stat non relinqui in uno subjecto capacitatem oppositæ formæ et tamen aliam formam non intendi: sicut anima* Christi, ut in tali supposito est capax peccati, et tamen posset Deus illi infundere gratiam valde remissam, sicut et nullam. *n. 830
- 827 **XXIX.** — **Respondetur*** enim quod illæ potentialitates non sunt diversæ ex parte receptivi seu receptaculi formarum, quod idem est, sed ex parte respectus, quia est capacitas respiciens diversas formas in eodem tamen receptaculo; sed forma illa quæ sub suo respectu, et non sub respectu ad aliam formam recipitur, potest totam illam potentialitatem et receptaculum occupare subjiciendo* illam sibi, et terminando confusionem et indeterminationem ejus ad se, et tunc intenditur. *n. 825
- 828 Imo addo quod quando potentialitas subjecti ad formam est ad formam contrariam et oppositam, potius ex ejus actuatione, ex eo quod ei conjungitur alia forma vincendo* ipsam, fit fortior et perfectior, quia conjungitur illi potentialitati non ut ab ea accipiens perfectionem et subjiciens. *n. 823
- 829 Quanto autem magis contrarium est subjectum quod vincitur, tanto perfectior est forma quæ vincit et agens quod efficit, quia per assimilationem ad agens

- qualitas fortior est, non per assimilationem ad potentialitatem subjecti, sed per victoriam* ipsius. *n. 807
- 830 Quod vero dicitur* de anima Christi, dicimus illam esse impeccabilem ex causa extrinseca, nempe ex unione ad Personam divinam, sicut beatus ex visione, licet habeat gratiam in gradu remisso*. Talis autem impeccabilitas et incapacitas ad contrariam formam ex causa extrinseca non* tollit quin ipsa potentialitas animæ ad utramque formam possit magis vel minus subjici et terminari, atque impleri tali forma. *n. 826
*n. 787
*n. 818, 821
- 831 **XXX.** — **Et tota hæc explicatio*** sumitur ex D. Thoma*, qui secutus Philosophum posuit augeri formam et magis intensam fieri non per hoc quod fiat nova forma, sed* per hoc quod præcedens magis participetur a subjecto. *n. 823 sq.
*n. 837
*n. 737, 800
- 832 Et quidem Philosophus dicit¹: “Ex calido fieri magis calidum nullo facto in materia calido, quod non esset calidum quando erat minus calidum”; vel ut habet translatio Argyropoli²: “Ex calido fit magis calidum, nulla prorsus ipsius parte emergente calida, quæ non erat ante calida cum calida minus erat”.
- 833 Ex quo fit consequentia et argumentum sic: Ex calido fit magis calidum, nulla prorsus ipsius parte emergente calida; ergo nullo* prorsus emergente calore, qui ante non esset in subjecto calido. *n. 839
- 834 *Patet consequentia*, quia in actione naturali idem est fieri calorem et fieri calidum, nec enim calor fit nisi

¹ *Phys.*, IV, 9 (217 b 1).

² Cf. DTC. a. *Argyropoulos Jean*, I, 1778–1779.

in subjecto et ut inhærens, nulla enim actio naturalis facit calorem secundum se nisi educendo illum a subjecto et uniendo illi; ergo nulla actio naturalis facit calorem, sed calidum. Si ergo nullo calido facto nec parte aliqua emergente calida quæ ante calida non esset fiat magis calidum, similiter* neque facto aliquo calore qui ante non esset fit magis calidum, quia idem est fieri calorem et fieri calidum. Si autem advenit nova forma seu pars vel entitas caloris, utique fit novus calor; ergo et novum calidum, quod ante non erat calidum illo calore novo sic adveniente.

835 XXXI. — **Quod si dicas** hoc* non esse inconveniens nec contra Philosophum*, quia solum dicit non fieri de novo calidum quod ante non esset calidum, non tamen negat fieri de novo calidum quod ante calidum erat. Qui autem ponunt novam partem caloris fieri, dicunt fieri novum calidum, licet minus.

836 **Sed contra**, quia si fit novum calidum seu novus calor qui ante non erat, non potest fieri ex ipso calore seu ex ipso calido quod ante erat, quia ille novus calor seu nova entitas caloris debet educi de potentia subjecti seu de non calore, non autem de ipsa forma caloris quæ antea erat aut de ipso calido, quia calor seu forma quæ ante erat non est subjectum ex quo educitur ille novus calor; educitur ergo ex non calido, seu ex subjecto ut est in potentia calidum. Ergo si dicit* Philosophus quod magis calidum fit nulla emergente parte calida quæ ante calida non esset, est idem ac dicere quod non fit novus calor seu nova entitas caloris, quia hæc semper debet educi ex non calido in potentia, non ex calore in actu.

837 XXXII. — **Hoc ergo supposito** ex Philosopho*, docet* S. Thomas¹ intensionem fieri per hoc quod subjectum magis reducatur in actum, et forma magis insit in subjecto, et perfectiorem participationis modum in ipso habeat.

838 Videri potest sanctus Doctor (IIa-IIæ, q. 24, a. 5), ubi inquit quod “nullo modo charitas augeri potest per additionem charitatis ad charitatem, sicut quidam ponunt. . . Sed augetur per hoc quod subjectum magis ac magis participat charitatem, id est, secundum quod magis reducitur in actum illius et magis subditur illi”. — Et concludit quod “hoc est augeri secundum essentiam* (quia tota essentia hujus formæ est in ordine ad subjectum); non autem per hoc quod charitas addatur charitati”.

839 Et (IIa-IIæ, q. 24, a. 5 ad 3) inquit quod “augmentatio charitatis importat mutationem secundum magis et minus habere. Et ideo non oportet quod insit aliquid quod prius non* infuerit, sed quod magis insit quod prius minus inerat”.

840 Idem eodem fere tenore tradit (Ia-IIæ, q. 52, a. 2, præsertim ad 2 et 3).

841 Luculentius vero quomodo fiat ista* major unio, major participatio et inhæsiō in subjecto explicat (In I Sent., dist. 17, q. 2, a. 2 ad 3), ubi inquit quod “non est de ratione intensionis alicujus qualitatis, quod sit per remotionem* a contrario; sed hoc accidit qualitati secundum quod est in subjecto participante (id est,

¹ Cf. Iam-IIæ, q. 52, a. 2.

actu habente) contrarium. Sed hoc est de necessitate intensionis ut qualitas educatur de imperfecto ad perfectum, sicut patet in diaphano, in quo nihil est contrarium luci, quod potest lumen intendi secundum incrementum virtutis illuminantis. Haec autem imperfectio est ex potentialitate ipsius naturæ, quæ subicitur perfectioni et actui. Cum enim omnis potentia receptiva ad multa se habeat secundum istam multitudinem ipsius, dissimile est principio agenti, quod est terminatum ad actum unum; et secundum quod ista confusio potentialitatis magis subicitur actui, perfectior perficitur actus, et ipsum perfectum magis efficitur unum et magis assimilatum principio agenti”.

- 842 XXXIII. — Ubi manifeste D. Thomas explicat modum intensionis in quo consistat, videlicet in hoc quod forma sic educatur de imperfecto ad perfectum et de potentia ad actum quod ipsa confusio potentialitatis, quæ se habet ad multa, terminetur* ad unum: forma enim vincit* potentialitatem subjecti reducendo ipsum in actum, et si potentialitas est ad plura inter se contraria, ibi quasi confuse est utrumque, quia potentialitas confundit, et actus distinguit*.
- *n. 812, 816
*n. 636
*n. 597

- 843 Quanto ergo forma plus de illa confusione tollit et potentialitatem ad plura in unum reducit, perfectius terminat et actuat potentialitatem illam, et illa dicitur* nova unio, nova terminatio aut nova eductio formæ, non quantum ad esse* ipsius formæ, quia jam habet illud, neque quoad novam entitatem, quia jam tota entitas est in forma, sed quoad novum effectum et modum* in subjecto, quod ita vincit potentialitatem illam quod, quantum est ex vi informationis formæ, non* relinquit locum alteri formæ contrariæ aut impe-
- *n. 800, 823, 841
*n. 801
*n. 583
*n. 823

dimento illius, sed tota illa confusio et potentialitas terminatur* et subicitur sub illa forma, et sic dicitur magis vincere subjectum et virtuosius informare et reducere ad se, quia minus relinquit locum alteri formæ quantum est ex parte subjecti, et tunc laxius et imperfectius informat quando de se locum dat oppositæ formæ, etsi per accidens eam de facto non* habeat.

*n. 816
*n. 810, 814 sq.

- 844 Unde licet formæ substantiales* non recipiant magis et minus in informando materiam, tamen, quia dispositiones accidentales plus vel minus dant locum contrariis dispositionibus tendentibus ad corruptionem, dicitur etiam ipsa forma imperfectius vel perfectius esse in subjecto non ratione sui, sed suarum dispositionum.
- *n. 808
- 845 Ad hoc autem ut forma sic vincat potentialitatem subjecti, debet in se intrinsece perfectior reddi, licet nova entitas non accrescat, et hac ratione sæpius dicit D. Thomas¹ non* posse intelligi quod augetur qualitas per radicationem, et non secundum essentiam seu essentialiter, hoc est, intrinsece* per illum modum, non per additionem essentialis prædicati aut novæ entitatis, sed quia fortiori modo unitur vincendo confusionem potentialitatis subjecti ad plures formas conjungendas. Et sic unitas formæ facit ad intensionem, quia virtus unita fortius agit, id est, magis unita et magis* unum faciens de illa potentialitate subjecti.
- *n. 824, 838
*n. 874, 913, 930
*n. 804, 949

- 846 XXXIV. — An vero gradus* isti seu modi et terminationes formæ sic se habent quod adveniente uno alius destruat, statim* dicemus. *Verisimilius est enim*
- *n. 897
*n. 889 sq.

¹ Cf. IIam-IIæ, q. 24, a. 5.

quod sic, quia se habent ut diversæ figuræ aut situs ejusdem corporis, adveniente enim uno destruitur alius.

847 XXXV. — **An vero quolibet* actu fiat intensio,** *n. 970
etiamsi actus remissus sit, *tractabitur* hoc latius¹,
agendo de augmento charitatis, an statim detur quando
per actus remissos meremur illud.

848 Quod vero attinet ad physicam actionem augen-
tem et intendentem ipsam formam, statim* agemus os- *n. 1048 sqq.
tendendo quod solum ab intensiori actu physice augeri
potest, quia inferior et inæqualis actio proportionem
non habet ad perfectiorem effectum.

¹ *Curs. Theol.*, In IIam-IIæ, q. 24, disp. 9, a. 3 et 4.

ARTICULUS VII

EXPEDIUNTUR DIFFICULTATES CIRCA UTRUMQUE AUGMENTUM, EXTEN- SIONIS ET INTENSIONIS

849 I. — Circa utrumque augmentum, aliquæ difficul-
tates sunt communes, aliquæ speciales, præsertim circa
intensionem, ideo de utrisque hic simul agemus.

* * *

850 II. — **Prima* ergo difficultas est,** quia tam aug- *n. 859 sq.
mentum extensivum quam intensivum acquiritur et
fit nova actione sufficiente* producere novam entitatem *n. 851
seu qualitatem, qualitas etiam* sic augmentata accipit *n. 852
virtutem et perfectionem potentem producere novos
effectus reales; ergo augmentum hoc novam exigit* *n. 912 sq.
realitatem et qualitatem, et non* solum novum modum. *n. 566 sqq.,
583, 854

851 *Antecedens* quoad primam* partem probatur, quia *n. 850
actio sufficiens acquirere qualitatem entitative est
quæcumque alteratio etiam minima; actio autem inten-
siva est actio ejusdem speciei et vehementior, verbi
gratia, calefactio imperfecta ut unum sufficit producere
entitatem caloris, actio vero extensiva est calefactio
vehementior, verbi gratia, ut quinque vel ut sex;
ergo ista calefactio non minus erit sufficiens producere
entitatem caloris quam calefactio ut duo, cum sit
vehementior et perfectior.

- 852 Quoad secundum* vero probatur, quia habitus magis extensus producit novos effectus reales, verbi gratia, novos* assensus circa novas conclusiones, quas non potest attingere habitus non extensus; et forma intensa et vehementior producit diversos effectus reales, siquidem est major et fortior virtus quam remissa. Unde videmus quod crescente calore aut frigore diversimode immutantur corpora quam si sit temperatus, et multi alii effectus fiunt qui non a qualitate remissa. *n. 850, 863
*n. 643 sq.
- 853 *Consequentia* vero probatur: *tum* quia nova actio* novum effectum debet producere, et cum illa actio sit sufficiens producere entitatem, novam entitatem de novo producet, alias calefactio vehementior et perfectior solum producet modum, et qualitas imperfecta et remissa entitatem; *tum* quia novus effectus realis* petit novam formam realem; ergo si facta intensione forma ipsa novos effectus reales facere potest, novam formam realem per talem intensionem acquirat. *n. 869
*n. 867 sq.
-
- 854 III. — **Confirmatur***, quia intensionem fieri per majorem radicationem seu per novum modum* uniendi et firmandi qualitatem in subjecto maxime ponitur propter D. Thomam qui id videtur dicere: *tum* (Ia-IIæ, q. 52, a. 2), *tum* (IIa-IIæ, q. 24, a. 5; In I *Sent.*, dist. 17, q. 2, a. 2; *De Virt. in Communi*, a. 11). *n. 872
*n. 737, 800, 823
- 855 At in istis locis clare dicit* qualitatem secundum essentiam* augeri et propriam vocem ignorare eos qui dicunt augeri per radicationem et non secundum essentiam. Ergo D. Thomas fatetur ipsam entitatem seu essentiam qualitatis crescere et augeri per istam intensionem, et non* solum ei supervenire modum. *n. 875
*n. 838, 845
*n. 850

- 856 **Nec potest dici** quod D. Thomas solum intendit quod qualitas augetur per modum intrinsece receptum in accidente, qui est nova unio*. *n. 823
- 857 **Contra enim est**, quia præterquam quod videtur violentum* essentiam rei interpretari pro modo essentiae superaddito, *obstat etiam*, quia D. Thomas* ideo vult qualitatem in intensione augeri essentialiter, quia redundat* illa radicatio in augmentum virtutis; sed virtus non est modus qualitatis, sed ipsa entitas; ergo sentit D. Thomas augmentum illud fieri per additionem entitatis*. *n. 878
*n. 858
*n. 879
*n. 583
- 858 *Antecedens** patet ex ipsis verbis D. Thomæ (In I *Sent.*, dist. 17, q. 2, a. 1), ubi reprobans opinionem eorum qui dicebant charitatem non augeri essentialiter, sed augeri, quia firmatur in subjecto secundum radicationem, inquit ex hoc ipso sequi quod augeatur essentialiter, quia nulla forma potest intelligi magis firmari in subjecto nisi per hoc quod habet majorem victoriam* super subjectum suum. Augmentum autem victoriæ redundat* in augmentum virtutis, et per consequens in augmentum essentiae: quia virtus si non est ipsa essentia, oportet quod sit ab essentia et commensuretur sibi sicut effectus causæ proximæ. — Igitur apud D. Thomam ipsa entitas qualitatis non solum modaliter sed entitative immutatur et augetur per intensionem, siquidem accipit augmentum virtutis, quæ virtus est ipsa essentia seu entitas formæ. *n. 857
*n. 807, 864, 867
- * *
- 859 IV. — **Respondetur*** actionem intensivam esse sufficientem ad producendam entitatem caloris abso- *n. 850

lute quando eam non invenit productam et positam in subjecto, *concedo*; ad producendam entitatem caloris ut novam et superadditam et augmentativam, *nego*.

- 860 *Aliud** est enim quod actio intensiva possit eamdem entitatem caloris in se producere, quam producit actio etiam remissa; *aliud** quod possit producere entitatem novam pro augmento ita quod per entitatem superadditam augeatur. *n. 861
*n. 862
- 861 *Primum** est verum, et argumentum probat, quia quod potest producere calefactio remissa potest perfectior et vehementior quæ intendit. *n. 860
- 862 *Secundum** vero est falsum, quia pro augmento non servit nova et superaddita entitas per additionem componens, sed eadem simplex qualitas novo modo* meliorata et firmata. *n. 860
*n. 583, 823
- 863 **Ad secundam* vero partem antecedentis**, dicitur quod illos novos effectus reales potest producere illa realis qualitas sic modificata, ita quod non solus modus concurret et influit in illum novum effectum realem, sed ipsamet realitas* influit, licet supponat modum illum ut perficientem et determinantem talem virtutem, ut efficiat novos effectus. Itaque entitas ipsa qualitatis est virtus et activitas substantialiter potens ad omnes illos effectus, et quasi radicaliter*, oportet tamen determinari* et disponi per modum illum ut possit actualiter in illum novum effectum prorumpere*. *n. 852
*n. 907
*n. 867
*n. 518 sq.
*n. 868
- 864 V. — Et hoc ideo, quia qualitas seu virtus non potest operari nisi ut unita* subjecto, eo quod virtus solum est principium quo operandi, non principium

- quod, hoc enim est ipsum concretum seu subjectum habens talem qualitatem. Et quia qualitas seu virtus ex receptione in subjecto limitatur* et coarctatur secundum potentialitatem ejus (unumquodque enim recipitur ad modum recipientis), ideo qualitas illa seu virtus ad operandum effectus reales diversos, et ut fortior et efficacior sit, dependet ex diverso modo communicandi se subjecto et vincendi* potentialitatem ejus, qua veluti contrahitur et impeditur et limitatur ne exeat in omnes effectus suos secundum totam actualitatem et activitatem suam, sed secundum quod plus vincit de illa potentialitate et subjicit* illam, sibi plus etiam potest operari et vehementius. *n. 867, 870
*n. 858, 900
*n. 636
- 865 Unde modus ille* non se habet ut ipsa entitas et substantia virtutis, sed ut conditio quædam et determinatio ipsius, ut non sit ita limitata* et coarctata, sed aucta ex parte victoriæ super potentialitatem subjecti, et ideo dicitur augmentum* virtutis quasi contrapositionem limitationi. *n. 800
*n. 879
*n. 867
- 866 Quare sicut limitatio formæ non pertinet ad novam entitatem vel subtractionem entitatis formæ, sed ad modum ipsius quo in subjecto recipitur, ita ampliatio et latitudo formæ seu augmentum* ipsius pertinet ad modum* talis formæ quo est in subjecto vincens potentialitatem ipsius subjecti, ut non* coarctetur ab ipso subjecto et a potentialitate et confusione quam habet* ad plura, ne possit sic se explicare in effectus suos. *n. 611, 961
*n. 583
*n. 879
*n. 803, 823, 907
- 867 VI. — Hæc ergo victoria* supra potentialitatem et confusionem subjecti ut coarctativa* est formæ dicitur augmentum* ejus, sicut e converso est limitatio seu

- decurtatio et remissio formæ si ab illa potentialitate limitetur et constringatur. Et hoc totum pertinet ad modum formæ et conditionem ipsius ut unitur* subjecto. Posito autem illo* modo, ipsa entitas qualitatis se explicat in effectus reales*, quos sine tali modo et explicatione non potest operari formaliter et actu, licet radicaliter* possit ex parte entitatis formæ. *n. 864, 929
*n. 800, 865
*n. 853, 931
*n. 863
- 868 Nec* quilibet novus effectus realis petit novam formam entitative, sed sufficit eadem novo modo explicata. Sicut eadem species* visibilis in oculo facit repræsentationem, non in aere; eadem gratia in Christo non facit filium adoptivum, in nobis facit, idem lignum in figuram rotundam dispositum melius movetur quam sine illa, nec tamen per figuram additur nova virtus motiva, nec requiritur ad id nova entitas formæ, sed nova dispositio in subjecto, qua posita explicat* se in illos effectus. *n. 853
*n. 931
*n. 863
- 869 Nec* nova actio necesse est quod semper novum effectum entitative producat, sed sufficit quod novo modo seu novum modum* aut explicationem aut applicationem faciat, sicut actio uniens formam et non producens illam. Intensio autem est melioratio unionis* et applicationis formæ ad subjectum. *n. 853
*n. 583, 874
*n. 564, 823
- 870 VII. — Quod autem dictum* est de intensione et augmento ejus, quod est augmentum modi excludens limitationem et coarctationem formæ ex unione* ad subjectum, *proportionaliter* dicendum est* de augmento extensivo, quod tale augmentum est ex parte modi quo non coarctatur habitus erga objecta. *n. 864 sq.
*n. 823
*n. 583
- 871 Quia enim habitus in cognoscendo ab objectis dependet* et a speciebus illorum, oportetque uti diversis *n. 209

mediis*, non potest se explicare in omnia illa objecta nisi circa omnia species habeat ordinatas*. Et secundum quod ille habitus ex talibus speciebus accipit diversa media, habet majorem latitudinem et exiit coarctationem* et limitationem, quatenus vim accipit inferendi diversas conclusiones et ad illas se extendendi; dicitur accipere augmentum non in nova entitate virtutis aut novæ rationis formalis additione*, quia semper retinet eandem* rationem formalem luminis ex cujus unitate sumitur unitas habitus, sed ejusdem explicatione et minori coarctatione ad illustrandum et inferendum tales conclusiones, quod ante non poterat, quia non se explicabat vis illa in talia objecta, sed coarctabatur erga alia ex defectu* specierum ordinarum ad inferendum. *n. 643 sq.,
727
*n. 259, 634,
1185
*n. 864
*n. 579 sqq.
*n. 638
*n. 643 sq.

○

- 872 VIII. — Ad confirmationem*, respondetur D. Thomam in illis locis utrumque dicere, *et* quod qualitas augetur sine additione formæ, sed per majorem radicationem aut firmitatem seu per hoc quod magis insit subjecto, *et* quod ista radicatio seu unio ponit aliquid intrinsece in entitate seu essentia* qualitatis; falsamque esse existimationem eorum qui tantum intensionem ponebant in aliqua extrinseca* participatione seu melioratione ex parte subjecti, et non ex parte ipsius formæ. *n. 854
*n. 824, 876
*n. 878
- 873 Et hoc dicit esse impossibile, quia ipsa major explicatio qualitatis et radicatio in subjecto sine reali mutatione formæ esse non potest, cum forma ipsa ex sua entitativa et essentiali ratione ordinetur* ad subjectum. Quomodo ergo stat radicari et firmari seu magis explicari formam in subjecto, et non perfici in se. *n. 875

- 874 Quare augeri formam secundum essentiam apud D. Thomam non est aliud quam intrinsece perfici et augeri, non autem est augeri quoad aliquod prædicatum novum essenziale vel quoad novæ entitatis additionem, sufficit quoad modum* ipsi formæ intrinsecum, qualis est unio* ad subjectum quæ in ipsa forma est. Et sic quando unio melioratur seu firmatur aut magis se explicat in subjecto, utique et ipsa forma intrinsece* immutatur et in sua entitate, licet non per additionem entitatis: sicut quando quantitas rarefit vel condensatur, sine dubio mutatur quantitas intrinsece, et non solum subjectum, non tamen mutatur intrinsece per additionem entitatis, sed per additionem modi. *n. 869
*n. 802
*n. 845
- 875 IX. — Hoc ergo solum vult* D. Thomas quod dicere qualitatem intendi per radicationem et inhæSIONem majorem in subjecto, et non intendi seu augeri secundum essentiam, hoc est, intrinsece* in ipsa essentia et entitate sua, est propriam ignorare* vocem, cum ipsa qualitatis entitas tota ordinetur* ad unionem et inhæSIONem in subjecto, ut patet in ipsis verbis D. Thomæ (IIa-IIæ, q. 24, a. 4 ad 3), ubi inquit quod “quidam dixerunt charitatem non augeri secundum suam essentiam, sed solum secundum radicationem in subjecto, vel secundum fervorem. Sed hi propriam vocem ignorant. Cum enim accidens sit, ejus esse est* inesse. Unde nihil est aliud ipsam secundum essentiam augeri quam eam magis inesse in subjecto, quod est magis eam radicari in subjecto”. *n. 855, 960
*n. 824, 928
*n. 876, 940
*n. 873
*n. 965
- 76 Ergo quando D. Thomas docet qualitatem secundum essentiam augeri, nullo modo sentit per additionem entitatis et essentiæ augeri, sed nihil aliud esse ipsam secundum essentiam augeri quam eam magis inesse in

- subjecto. Si nihil aliud est, ergo tota intensionis et augmenti ratio consistit in ipso inesse seu inhæRERE seu uniri, quod est modus*, non in additione novæ et distinctæ entitatis. Quod utique dicere quod fiat sine mutatione intrinseca* et in ipsa entitate formæ est ignorare* propriam vocem, cum tota entitas accidentis intrinsece ordinetur ad inesse, et augeri in ipsa entitate ad talem modum inhærendi ordinata. *n. 583, 737, 800
*n. 872
*n. 875
- 877 Et deinde qualitatem secundum essentiam augeri nihil aliud est apud S. Thomam* quam ipsam entitatem qualitatis esse subjectum talis augmenti, id est, in ipsa entitate formæ inveniri hoc augmentum eique convenire, sicut ipse explicat (*Quodl.* 9, q. 6, a. 13) et nos retulimus¹. *n. 967
- 878 X. — **Et ad replicam** supra* factam in argumento, quod est violenta interpretatio nomine essentiæ intelligere modum superadditum essentiæ, *respondetur* nos non intelligere nomine essentiæ modum, sed augmentum secundum essentiam interpretari ex ipso D. Thoma augmentum modi, qui habet pro subjecto essentiam, ita quod ipsa essentia qualitatis est quæ augetur tamquam res aucta. Id autem quod superadditur est modus* identificatus intrinsece cum essentia, non autem aliquid extrinsece* se habens et ex parte solum subjecti se tenens. *n. 857
*n. 583, 771
*n. 872
- 879 **Cum vero additur*** dicere S. Thomam quod illa radicatio redundat in augmentum virtutis, *respondemus* redundare quidem, sed illud augmentum non esse novam virtutem entitative, sed eandem entitatem virtutis magis explicatam seu novo modo se communican-

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 3, II (Reiser), p. 652-653.

tem subjecto, et sic reddi in se fortiorem et perfectiorem intrinsece, sed ratione novi modi, quo magis fortificatur illa virtus in subjecto et minus limitatur* ex illo, et sic magis sibi subjicit* potentialitatem subjecti sine additione novæ entitatis.

* * *

- 880 XI. — **Secundo* arguitur:** Intensio et extensio sunt motus continui et possunt fieri in subjecto sine intermissione temporis, ut patet, quando intenditur calor febris in corpore, vel frigus, aut aliud quid simile, vel cum aliquis continuo tempore addiscit plures conclusiones in aliqua scientia. *n. 889
- 881 *Tunc est argumentum:* motus continuus non solum in instantibus sed etiam in partibus temporis aliquid acquirit*, si enim inter instans et instans nihil acquirit, nihil operatur ac per hoc cessat, et sic motus non erit continuus. Si autem acquirit continuo, ergo terminus acquisitus non est aliquid indivisibile, sed habet partes et latitudinem*; ergo non est modus, sed entitas†, aut manet eadem* difficultas in ponendo augmentum hoc fieri per additionem modi aut per additionem novæ entitatis et gradus. *n. 897
*n. 898
†n. 905
*n. 850 sqq.
- 882 Patet consequentia*, quia modus ille unionis, aut est indivisibilis, aut divisibilis. *n. 881
- 883 *Si indivisibilis,* acquiritur in instanti, non in tempore, et sic inter duo instantia dabitur tempus medium in quo nihil acquiretur*, et cessabit actio aut solum fiet aliqua dispositio ad talem modum acquirendum, quæ non potest assignari qualis sit. *n. 885

- 884 *Si autem est divisibilis* et constat ex partibus, quare non similiter ipsa entitas qualitatis ex partibus constare potest entitativis, sicut modus ex modalibus? Præsertim quia modus non potest esse divisibilis magis quam res ipsa cujus est modus, si enim res unita indivisibilis est, quomodo potest divisibiliter uniri, aut quæ ratio est ut unio divisibilis sit, et non entitas ipsa qualitatis?
- 885 **Si dicatur** esse virtualiter* divisibilem, formaliter autem indivisibilem, *restat semper explicandum* quid producat* inter instans et instans dum transit illa pars temporis, non enim producit* aliquid virtuale, sed aliquid formaliter existens, cum productio formalis sit, et sic formalem aliquem terminum habeat. Ergo *vel nihil* in illo medio tempore producit*, et sic cessat* actio, *vel* aliquid in actu producit*, et hoc non est virtuale sed formale et in facto esse existens, et sic vel divisibile, et tunc constabit partibus, vel indivisibile, et non poterit produci in tempore sed in instanti. *n. 889, 892, 901
*n. 883, 902 sq.
*n. 883, 904
-
- 886 XII. — **Confirmatur***, quia gradus caloris acquisitus per intensionem sufficiens est expellere entitatem frigoris, et non solum gradum; ergo signum est illum gradum etiam esse* entitatem, et non modum. *n. 907
*n. 888
- 887 *Consequentia* probatur, quia modus non potest entitatem expellere, cum non sit proportio et qualitas modi ad rem ut expellat illam, siquidem nec opponitur illi immediate.
- 888 *Antecedens* autem probatur. Si in subjecto sint quatuor gradus frigoris, non expellitur frigus totaliter

usque dum producantur alii quatuor gradus caloris, quia reliqui compatiuntur simul in subjecto cum quatuor. Est ergo ibi aliquid frigoris quousque quartus gradus producat, et adveniente illo gradu seu modo expellitur tota entitas frigoris, et non ante; ergo signum est gradum illum esse* entitatem, et non modum, siquidem formaliter expellit entitatem* frigoris. *n. 886
*n. 907

★ ★

889 XIII.—**Respondetur*** ad principale argumentum quod (ut diximus in libris *De Generatione*¹) modi isti sunt indivisibiles entitative, et virtualiter* divisibiles, seu latitudinem vincendam per motum habentes, et ita se habent sicut diversæ terminationes et figuræ quantitatis, quarum una recedente alia advenit* per motum, licet quælibet terminatio in instanti acquiratur. *n. 880
*n. 892
*n. 846

890 Pro hujus autem intelligentia **duo notanda sunt**, quæ in illo* loco aut supposuimus aut brevius perstringimus. *n. 889

891 **Primum est**, quod indivisibile dupliciter sumi potest.

892 *Uno modo* secundum se, *alio modo* relative* ad aliquid divisibile cujus est terminus vel in quo exercetur: verbi gratia, punctum est aliquid indivisibile in quantitate et secundum se et in se caret partibus, tamen terminat partes lineæ, et de uno puncto ad aliud non potest transiri nisi per partes divisibiles. Et sic punctum, quod in se absolute indivisibile est, relative se habet ad partes divisibiles, quatenus terminat* illas, *n. 900
*n. 904

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 3, II (Reiser), p. 657-659.

et hoc est virtualiter* esse divisibile, quia cum respiciat quod terminat, et hoc est aliquid divisibile, respective et virtualiter divisibile est. *n. 885, 889

893 Et fundat transitum et fieri divisibile, quia cum sit annexum partibus divisibilibus easque respiciat, non nisi per illas fit transitus ad tale indivisibile, et similiter in suo fieri potest admittere divisibilitatem et latitudinem*, quia in ipso fieri non consideretur solum distantia et transitus de non esse ad esse (inter hæc enim non datur medium et latitudo), sed etiam distantia de contrario in contrarium seu de positivo* in positivum, quod utique vincitur per aliquod fieri divisibile. Sicut cum fit transitus de una specie qualitatis in aliam, sive sint extreme distantes ut album et nigrum, sive sint intermediæ, ut viride et cæruleum, certum est quod inter istas species debent assignari aliquæ inter quas non est alia species media, et tamen de una ad aliam fit transitus per motum et per divisibilitatem, in cujus medietate non acquiritur media pars speciei et postea alia medietas, quia species et quidditas non potest mediari, sed ipsum fieri illius speciei est divisibile propter contrarietatem cum suo termino a quo, licet in facto esse id quod producitur sit species in indivisibili consistens. *n. 804
*n. 900

894 XIV.—**Secundum*** quod advertimus est id quod in *Physicis*¹, agentes de tempore diximus, nempe partes motus et indivisibilia motus, quæ vocantur mutata esse seu instantia*, sic distingui quod partes motus terminantur in ipso mutato* esse, et partes temporis (est autem tempus entitative motus, scilicet ipse motus cœli) in instanti tamquam in facto esse ter- *n. 890
*n. 904
*n. 898, 903

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., I P., q. 18, a. 2, II (Reiser), p. 376-380.

minantur, et ita partes motus seu temporis nihil aliud sunt quam fieri quoddam et fluxus terminatus ad ipsum instans. Ita quod si in tempore quæramus rem seu entitatem ut in facto esse, solum* invenimus instans, si in fieri* et fluentia solum partes. *n. 896
*n. 898

895 Et sic inter instans et instans fluxus ille non* producit aliquid in facto esse, sed est ipsum fieri et ipsa fluentia entitatis ponendæ in facto esse in instanti. *n. 903

896 Et in hoc fundamus, quod tempus non existat nisi per instantia, eo quod existentia dicit terminum in esse seu rem in facto esse; nihil autem in toto motu est in facto* esse nisi instans; non ergo existentia correspondet nisi instanti, reliquum quod est motus est fieri et fluere, atque adeo non existens simpliciter, sed in fieri et tendentia. *n. 894

897 XV. — Similiter cum in qualitate seu motu alterationis vel intensionis producuntur diversi modi* unionis seu applicationis formæ, quos modos vocamus gradus*, inter modum et modum continuatur motus alterationis, et illa continuitas est fluxus et tendentia ad illum modum, et dum fluit non* producit aliquid in facto esse, sed in fieri tendit ad illum modum qui producitur in instanti. *n. 800, 889, 900, 927
*n. 846, 907, 923
*n. 881

898 Sicut etiam in motu locali producitur ubi*, qui est modus quidam in facto esse in instanti, et inter ubi et ubi cum pertransit mobile datur motus medius per modum fluxus, qui motus non producit aliquid illius ubi in facto esse, sed est fieri* et fluxus illius, et tunc datur in facto esse cum in instanti terminatur, et de instanti in instans, de ubi in ubi motus localis transit, non per aliquid ipsius ubi in facto esse, quod sit pars *n. 155, 958
*n. 894

illius, sed per aliquid ipsius in fieri, id est, per ipsum fluxum et tendentiam motus quæ terminatur ipso instanti seu mutato* esse. Et ratione illius fieri dicitur habere latitudinem* et divisibilitatem, licet instans ipsum et mutatum esse sit in se indivisibile in facto esse. *n. 894
*n. 881, 900

899 Idem proportionabiliter applicamus motui alterationis seu intensionis.

900 XVI. — Ex his ergo duobus* præsuppositis, res-pondetur ad argumentum* modum illum unionis, qui per intensionem de novo fit, entitative et in se* indivisibilem esse, sicut et qualitas quæ unitur nisi per accidens extendatur, sicut et qualitas ipsa si est in subjecto habente partes, esse tamen divisibilem virtualiter* et respective, quatenus respicit fluxum et fieri*, quod est inter unum modum et alium, quod habet latitudinem vincendam, siquidem est de termino positivo* in terminum positivum, et ordinatur ad vincendam* potentialitatem subjecti quæ multiplex est, et ad multas formas ordinata in quibus potest dari latitudo in actuando et reducendo ipsam potentialitatem in actum, eo modo quo supra* explicatum est. *n. 890 sq.
*n. 881 sq.
*n. 892
*n. 892
*n. 898
*n. 893
*n. 823 sq., 858
*n. 636, 737, 864 sq.

901 Ubi enim potentialitas quantum est de se et ex parte subjecti est ad plura*, non solum successive habenda sed etiam aliquo modo simul quousque* plene ipsa potentialitas subjecti vincatur* et reducatur ad unum, est latitudo* in diversis modis terminandi et reducendi hanc potentialitatem, et ideo licet quilibet modus sit in se indivisibilis, est tamen virtualiter* divisibilis, quatenus latitudinem penes magis et minus in vincenda potentialitate subjecti terminat: et ita ipsum ejus fieri* divisibile esse potest. *n. 803, 823, 866
*n. 805
*n. 907
*n. 805
*n. 885, 900
*n. 894

- 902 XVII. — **Et cum instatur*** quid producit ille motus* dum transit inter instans et instans et dum est in fluxu illarum partium: non enim potest dici quod producit aliquid in fieri et non in facto esse, quia res in fieri est ipsemet* motus seu fluxus rei. Et ita si motus producit rem in fieri, producit se ipsum*, quia res in fieri est ipse motus. *n. 885, 905
*n. 881
*n. 905
*n. 906
- 903 XVIII. — **Respondetur** quod inter instans et instans in nullo modo producitur aliquid in facto esse, sed solum est fluxus et tendentia* ad illum mutatum esse, quod in instanti producitur in facto esse. Itaque instans est terminus productus per illud fieri et illum fluxum qui est inter instans et instans; dum autem est fluxus non* est aliquid productum in facto esse, sed est in produci et in tendentia. Neque hoc est motum producere se ipsum*, sed producere id quod est mutatum esse et in instanti, sed illud instans et illud mutatum esse est in facto esse in instanti, et est in fieri in illo motu qui est inter instans et instans. *n. 894
*n. 895
*n. 902
- 904 Et ita ille fluxus et motus est productio illius instantis quasi inadæquata*, quia instans et mutatum esse est terminus* illarum partium fluentium, et quælibet pars producit illud instans inadæquate, sicut punctum* est terminus plurium partium omnesque tangit inadæquate. Et sic non* est dicendum quod cessat actio in illo intermedio tempore. Licet enim non producat in facto esse et adæquate, producit tamen inadæquate et in fieri, et id quod producit est instans* quod in facto esse et terminative est in instanti, in fieri autem et fluxive in tempore. *n. 906
*n. 894
*n. 892
*n. 883, 885
*n. 894
- 905 XIX. — Quare non est necesse ad verificandam productionem* rei per motum quod cuilibet parti motus *n. 902

- correspondeat pars entitativa* et in facto esse rei productæ, imo hoc est impossibile, quia cum motus non sit distinctus a re ad quam est motus, sed sit ipsamet* res ut in fluxu et fieri, si quælibet pars motus dum est in fluxu poneret aliquid in facto esse, simul tunc eadem res esset in fieri et in facto esse, quia illud fieri seu motus est ipsa res, et ipsum factum esse est ipsa res ad quam est motus. Si ergo, dum est in motu inter instans et instans, etiam est aliquid in facto esse ei correspondens, simul eadem res est in fieri et in facto esse, quod impossibile est in actionibus successivis, sed non in instantaneis. *n. 881
*n. 902
- 906 Igitur verissimum est quod motus, dum consideratur inter instans et instans, non* producit aliquid in facto esse seorsum ab eo quod producit in instanti, sed producit illud ipsum quod in instanti est in facto esse, et ante instans solum est in fieri, et sic ante instans non est productum adæquate et complete, sed solum inadæquate* et in fieri, et sic ille motus est productio inadæquata non* sui, sed ejus quod tunc est in produci imperfecte et in via, in instanti autem erit complete et in facto esse productum. *n. 902
*n. 904
*n. 902
- ⊙
- 907 XX. — **Ad confirmationem** principalis* argumenti, *respondetur* gradum illum seu* modum non expellere entitatem contrariæ qualitatis ratione sui, ut modalis entitas est, sed ratione entitatis* seu qualitatis cui annexus est. Cum enim modus ille quo qualitas crescens vincit* subjectum semper sit annexus ipsi qualitati, et habeat vim ratione sui ad destruendum gradum seu modum oppositæ qualitatis quem secum *n. 886
*n. 897
*n. 863 sq.
*n. 901

non compatitur, et habeat vim destruendi entitatem qualitatis oppositæ non ratione sui sed ratione entitatis cui annectitur, quando scilicet ita gradus oppositi sunt destructi et languidi ut qualitas opposita sustineri non possit, tunc ratione suæ entitatis illam oppositam qualitatem totaliter expellit, non* ratione modi præcise. *n. 888

* * *

908 XXI. — **Tertio*** arguitur ex pluribus conditionibus seu effectibus in intensione repertis, quæ videntur postulare non solum diversum modum*, sed etiam diversam entitatem in qualitate intensa. *n. 915
*n. 583, 870

909 Nam in primis, potest qualitas separata a subjecto intendi a Deo et perfectior fieri: tunc autem non* fit intensio per majorem radicationem et unionem; ergo intensio ex se et essentialiter non* consistit in majori radicatione*, sed in additione entitatis. *n. 928
*n. 911
*n. 823

910 *Major probatur*, quia non repugnat Deum separare duas qualitates, quarum una sit remissa, altera intensa, verbi gratia, albedinem nivis et albedinem panis aut hominis, et inter illas erit diversitas, quod ista est intensa, illa vero remissa; ergo etiam separatis qualitatibus remanet intensio et remissio; ergo sicut conservatur a Deo in qualitatibus separatis, ita poterit tolli vel poni, atque adeo non repugnat qualitatem separatam intensam fieri a Deo vel remissam: præsertim, si ipse immediate producat* qualitatem sine subjecto, non autem separet illam a subjecto, tunc enim dabit ei intensioem quam voluerit.

911 *Minor* vero probatur*, quia qualitas separata non habet unionem cum subjecto, nec potest de novo educi *n. 909
*n. 916

magis de subjecto aut radicari in illo; ergo non potest fieri intensio in illa per majorem radicationem; ergo non in hoc consistit intensio.

○

912 XXII. — **Confirmatur***, quia qualitas cum intenditur eadem reali actione producitur, nempe alteratione, et similiter diversos effectus reales habet tum formales, tum effectivos (ut etiam præcedenti* articulo admisimus), nam formaliter reddit subjectum magis tale, ut calor intensior magis calidum, et talis calor intensior plus calefacit, ubi autem est magis calidum et major calefactio plus caloris est, et non solum* plus modi*: calor enim forma est, et non modus; ergo plus caloris plus formæ. Calor etiam intensus disponit ad diversam formam, verbi gratia, ad ignem, ad quam non sufficit gradus remissus, quod totum est aliquis effectus realis. *n. 929
*n. 793 sq.
*n. 930
*n. 583, 870

913 Et denique* secundum D. Thomam¹ qualitas intensa secundum essentiam* augetur, et non solum secundum radicationem, et oppositum est ignorare* propriam vocem intensioem; ergo habet entitativum augmentum in essentia, sicut et entitativos effectus, qui a solo novo modo* non possint provenire. *n. 930
*n. 845,
875 sq.
*n. 876
*n. 771

914 Unde militant* hic omnia argumenta quibus præcedenti* articulo probavimus non posse intensioem fieri per hoc quod ipsa qualitas mediante modo accipiat novam vim informativam in esse qualitatis. Eadem enim argumenta probant quod non mediante modo unionis illa major radicatio et informatio fiat. Nam *n. 931
*n. 736,
746 sq., 800,
807 sq.

¹ Cf. IIam-IIæ, q. 24, a. 4 ad 3.

revera qualitas intensior entitativos effectus de novo* ^{*n. 912}
 habet, tum formales in subjecto, tum effectivos extra
 subjectum, nec potest habere effectivos nisi habeat
 formales, quia activitas fundatur in actualitate infor-
 mante. Istos autem habere non potest media unione,
 sicut nec medio illo modo dante vim informativam, ut
 exclusimus*; ergo mediante nova entitate et forma. ^{*n. 850 sq.}

★ ★

915 XXIII. — **Respondetur*** quod circa qualitatem ^{*n. 908 sq.}
 separatam, an possit intendi a Deo, divisi sunt auctores.

916 *Quidam* dicunt posse illam qualitatem a Deo in- ^{*n. 911}
 tendi non* per actualem unionem ad subjectum, quia
 hæc stare non potest cum separatione ab illa, sed per
 aptitudinalem.

917 Quam tamen aptitudinalem unionem *alii* non* ^{*n. 924}
 possunt intelligere, quia hæc aptitudinalis unio non est
 modus aliquis superadditus, sed ipsamet entitas acci-
 dentis, hæc enim est radix unionis et inhærentiæ seu
 intensionis. Unde dicere* quod intensio fit per radi- ^{*n. 925}
 calem unionem seu modum est dicere quod fit per ip-
 sammet entitatem, et non per modum superadditum.

918 Et tunc *vel* Deus adderet novam entitatem seu
 formam accidenti, *vel non*.

919 *Si addit*, fiet intensio per additionem partium et
 entitatum formæ, et redeunt omnia argumenta supra* <sup>*n. 850 sq.,
908 sq.</sup>
 facta.

920 *Si non addit*, remanet tota illa entitas sicut ante,
 et tam indifferens ad intensionem quam ad remissio-

nem. Unde ergo redditur intensa nihil Deo immutante
 in illa, nec quoad entitatem, nec quoad modum?

921 XXIV. — Cæterum non satis intelligo quomodo
 Deus qualitatem alias intensam in subjecto possit* ^{*n. 909 sq.}
 separare, et quid sit illud quod remanet intensionis in
 qualitate separata, per quod distinguitur a qualitate
 remissa etiam separata, quod non possit Deus addere
 illi qualitati postquam separata est. Nec enim illa
 qualitas intensa separata dicitur intensa per actualem
 unionem, cum careat illa facta separatione; ergo per
 radicalem seu aptitudinalem. Et tunc interrogo quid* ^{*n. 925}
 est illa aptitudinalis unio.

922 **Et urgeo ac retorqueo** argumentum hujus sen-
 tentiæ*, quod faciebat pro se. Si est respectus ad sub- ^{*n. 909 sq.}
 jectum a quo qualitas est separata, utique ille respectus
 fundamentum habet, *et de illo inquiram quid** sit; imo ^{*n. 926}
 potius videtur esse respectus secundum dici aut trans-
 cendentalis, cum manere possit in accidente, etiam des-
 tructo subjecto ad quod dicebat ordinem.

923 Et magis hoc urgetur, si Deus producat* se solo ^{*n. 910}
 qualitatem separatam a subjecto, quæ nunquam fuit
 in subjecto, tunc in aliquo gradu* determinato illam ^{*n. 897}
 producet, scilicet remissam vel intensam, et de illo
 gradu *inquiram quid sit*, cum non sit unio actualis;
 ergo illud ipsum quod est talis gradus sine unione in
 qualitate illa quando primo producitur, cur non poterit
 Deus addere et ponere in qualitate jam ante producta
 et separata a subjecto.

924 XXV. — **Quare dicendum est** non* repugnare ^{*n. 917}
 quod qualitas separata a Deo fiat intensior vel remissior

non per unionem ad subjectum actualem, sed radicalem seu aptitudinalem.

- 925 **Et cum urgetur** quid* est illa radicalis unio præter ipsam entitatem accidentis, et quid addit* vel ponit Deus in illa qualitate præter ejus entitatem ut reddat illam intensam, *respondetur* illam radicalem unionem esse ipsam entitatem accidentis non nudam, nec ut indifferentem ad intensionem tantam vel tantam, sed ut determinatam ad talem gradum*, id est, ad vincendam tantam* potentialitatem subjecti vel tantam, si in eo ponatur, ita quod non indigeat ad vincendam illam nisi tantum actu uniri in subjecto. Et illa entitas cum tali respectu et determinatione ad subjectum, et ad ejus potentialitatem plus vel minus vincendam, erit intensio radicalis* vel remissio.
- 926 **XXVI. — Cum vero instatur** quid* producit Deus in illa qualitate separata, cum intendit illam ad fundandum istum respectum, nec enim respectus iste immediate producit, sed consequitur ad aliquod fundamentum, *respondetur* negari non posse quod producat aliquid in illa qualitate, nempe tale aliquid quale est in qualitate separata, quæ ante quando erat in subjecto unita erat intensa. Sine dubio enim quando qualitas in subjecto est intensa per radicationem seu unionem fortiorem et magis vincentem* potentialitatem subjecti, resultat aliqua perfectio in ipsa entitate, seu aliquis respectus ad tale subjectum, quo talis qualitas talem unionem petit* et illi conformatur. Agens enim intendens qualitatem et reddit illam meliori modo unitam* in actu et meliori modo unibilem seu exigentem talem unionem* eique se conformantem.

- 927 **Et totum illud nomine unius modi nominamus***, quia modus unionis sic melioratæ totum id importat; et omnes hos effectus relinquit in ipso accidente, qui effectus sunt modi quidam comitantes ipsam unionem: sicut ex eo quod forma unitur materiæ, relinquitur aliquis effectus quasi modus consequens, quo forma denominatur in facto esse applicata et unita, ut diximus in *Physica*¹.
- 928 **Et D. Thomas docet*** per radicationem qualitatis in subjecto perfici ipsam essentiam accidentis. Sic ergo licet separata* qualitate tollatur unio actualis, non tamen tollitur ille modus seu respectus aut determinatio qualitatis qua postulat* sic uniri, et tantæ vel tantæ unioni conformatur et adaptatur. Et ista radicalis* unio remanet in accidente intenso separato, et illud ipsum quod ibi manet potest Deus se solo producere in accidente separato sine actuali unione, quia ab ipsa non dependet in genere causæ formalis, sed ab agente tendente fit in accidente, cum illud magis unit, et hoc supplet Deus. Nec ille modus seu respectus est formalis ratio superaddita formæ et major vis informandi, cum hæc solum possit esse realis ipsa entitas formæ, sed est ipsa coaptatio et determinatio talis formæ, qua exigit tantam unionem, si in subjecto sit, et tantam* potentialitatem subjecti vincere, et hæc unibilitas* seu ordo formæ ad talem unionem determinatam modus est, non ratio formalis ipsius formæ.
- 929 **XXVII. — Ad confirmationem***, *respondetur* omnes illos effectus reales provenire ab una et eadem

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., I P., q. 6, a. 3, II (Reiser), p. 116a 17-40.

- forma reali, ut a ratione formali, supposito* tamen diverso modo, ut conditione* seu applicatione, vel etiam applicabilitate et unibilitate ex parte accidentis, sicut supra* ostendimus. Et sic facta intensione caloris dicitur esse in subjecto plus caloris et plus calefacere, non pluralitate additionis et numeri in forma, sed pluralitate radicationis et unionis seu explicationis* in subjecto, sicut dicitur plus notabilitatis esse in isto quam in illo, non pluralitate numerationis et additionis, sed excellentiæ et perfectionis. *n. 930
*n. 867
*n. 924 sq.
- 930 XXVIII. — **Et cum dicitur*** quod in subjecto non solum est plus modi, sed plus caloris, *dicimus* utrumque esse, non quidem plus caloris entitative, sed plus virtute et radicatione, quia ille modus ad hoc ipsum datur ut forma det* suos effectus formales, magisque se explicet* in subjecto, non ad effectus extrinsecos. Ideoque modus ille non solum dicitur dare plus modi, sed etiam plus caloris, quia est modus ipsius intrinsecæ informationis caloris, non informationi superveniens, ideoque apud D. Thomam* idem est augeri calorem secundum radicationem et augeri secundum essentiam, quia ad entitatem et essentiam formæ pertinet tali modo informare, non quia novam entitatem formæ superaddat. Et dicitur facere alios effectus reales forma sic intensa ratione suæ realitatis, ut rationis formalis, supposito* tamen tali modo seu unione ut conditione*, ut sæpius explicavimus. *n. 912
*n. 943
*n. 636, 929
*n. 913
*n. 929
*n. 800
- 931 Neque hic militant* argumenta quibus exclusimus modum addentem vim informativam, quia vis informativa, quantum ad ipsam rationem formalem informandi, non potest provenire a modo, si forma quæ informat realis est; potest tamen forma realis ad dandos *n. 914

aliquos novos effectus reales exigere aliquam conditionem* vel statum aut modum sine quo non dat illos, ut exemplis supra*, et in quæstione quarta librorum *De Generatione*¹ abunde ostensum est, in speciebus* intentionalibus, in gratia prout in Christo* et in nobis, et in aliis formis. *n. 944
*n. 867 sq.
*n. 868
*n. 868

* * *

- 932 XXIX. — **Ultimo arguitur*** ex Vazquez (In Iam-IIæ, q. 52, disp. 82, cap. 4): Nam forma quæ intenditur entitative est indivisibilis*, utpote carens partibus et additione entitatum, ut nos fatemur*; ergo cum semel producitur, ita debet tota* produci ut nihil illius amplius produci possit; sed eductio ejus de materia et radicatio est productio; ergo si amplius non potest produci, neque potest amplius educi. *n. 942 sq.
*n. 754
*n. 600 sq.,
747
*n. 943, 948
- 933 XXX. — **Quod si dicatur** nomine eductionis et radicationis non intelligi productionem, sed unionem cum subjecto ita ut magis illa forma insit actuetque subjectum, **contra* est**, quia *vel* illa forma unitur diversis unionibus succedentibus in subjecto, *vel** una et eadem quæ magis perficitur. *n. 945
*n. 935
- 934 *Primum** dici non potest, quia sicut forma ipsa non corrumpitur* quando intenditur, ita nec ejus unio. Eadem enim ratio est de corruptione formæ, atque de ejus unione, imo non potest corrumpi unio nisi corrumpatur forma, quia dependet in suo esse ab unione*, et soluta unione subjecti, forma desinit esse. Nec denique forma indivisibilis* potest tot uniones successivas habere easque inæquales, nec daretur agens* *n. 933
*n. 739 sq.
*n. 789
*n. 932
*n. 953

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 1-3, II (Reiser), p. 635-659.

a quo produceretur unio remissa caloris, soluta unione intensiori, quando a suo contrario remittitur calor.

- 935 *Si autem est eadem* unio*, magis perfecta si intenditur, et minus perfecta si remittitur, explicare* oportet quomodo eadem* forma indivisibilis eadem partem subjecti nunc magis, nunc minus informet. Si enim quando producitur tota* producitur, tota etiam educitur et unitur subjecto, cum educi sit uniri. Quomodo ergo postea magis unitur aut producitur aut educitur? Aut dicatur nobis per quem modum magis insit et uniatur, aut minus, cum ipsa forma sit eadem et in eadem parte subjecti. *n. 933
*n. 946
*n. 937
*n. 932
- 936 XXXI. — **Quod si dicatur*** formam intensibilem habere se sicut animam, quæ diverso modo unitur uni parti corporis quam alii, verbi gratia, oculo quam auri vel pedi, et sic etiam eadem forma diversis modis potest uniri subjecto licet sit eadem, et eadem quantitas nunc majorem, nunc minorem occupat locum per raritatem et densitatem, **contra est**, quia anima idem esse substantiale tribuit illis diversis partibus, et solum postulat diversas illas dispositiones propter diversa munera et officia quæ in illis partibus exercet. Non potest autem eadem forma accidentaliter in eadem parte homogenea tribuere nunc majorem, nunc minorem effectum, etiam si anima pro sua perfectione diversum tribuat. Quantitas* autem si occupat majus aut minus spatium, non* est stante eadem dispositione, sed variata, nempe raritate et densitate, quæ sunt qualitates diversæ, atque adeo realitates. *n. 950
*n. 952
*n. 937
- 937 Nos autem dicimus eadem* formam sine nova realitate nunc magis, nunc minus actuare et uniri sub-

jecto; et similiter sine diversa dispositione ex parte subjecti eadem aqua nunc est magis, nunc minus calida, quantitas* autem non sine diversa dispositione est magis vel minus rara aut densa. *n. 936

○

- 938 XXXII. — **Confirmatur***, quia ex opposita sententia* sequitur nunquam produci per alterationem realitatem qualitatis, sed solum modos* unionis, et sic tota qualitas evanescet in modos, quod est omnino absurdum. *n. 955 sq.
*n. 737
*n. 771
- 939 *Sequela probatur**, quia nunquam producitur qualitas sine aliquo gradu* determinato intensionis vel remissionis, ita ut simul atque incipit qualitas incipit intensio aut remissio; ergo per totum modum producitur solum gradus, nec datur instans in quo producatur sola qualitas sine gradu, et tota ipsa qualitas in gradus resolvitur, quia remoto omni gradu, non restat aliquid qualitatis; ergo si gradus est modus, tota qualitas resolvitur in modos, et totus modus alterationis est productio modorum. *n. 956
*n. 897
-
- 940 XXXIII. — **Confirmatur secundo***, quia D. Thomas sæpe dicit qualitatem augeri secundum essentiam, et ignorare* propriam vocem qui dicunt augeri qualitatem secundum radicationem seu unionem, et non secundum essentiam, ut patet (*De Virt. in Comuni*, a. 11; *In I Sent.*, dist. 17, q. 2, a. 1; *IIa-IIæ*, q. 24, a. 4 ad 3). *n. 959 sq.
*n. 875 sq.

- 941 Si ergo condistinguit augmentum secundum essentiam ab augmento secundum radicationem, et concedit in intensione augeri formam secundum essentiam et non solum secundum radicationem, necessario ponit augmentum entitativum, et non solum modale*, nec enim intelligi potest augmentum secundum essentiam per solam additionem modi, cum nusquam D. Thomas dixerit* intendi qualitatem per modos. Dixit autem non augeri per additamentum, scilicet diversæ rationis, aut per qualitatem numero diversam, quæ ante non præexisteret in subjecto.

*n. 583, 771, 870

*n. 968

*n. 831 sq.

* *

- 942 XXXIV. — **Respondetur*** hæc argumenta Vazquez ex supradictis* manere soluta, et ex his quæ respondimus¹.
- 943 Dicimus ergo qualitatem semel produci et educi, et uniri totam* subjecto quantum ad entitatem, non quantum ad omnes effectus et modos talis entitatis quibus participabilis* est in subjecto, quod est dicere totam formam esse eductam e subjecto, sed non totaliter.
- 944 **Et cum quæritur** quid est hoc quod dicimus totaliter*, et cum fit tota forma educta e subjecto, quid illi deest ut dicatur totaliter educta, *respondetur* nihil illi deesse in entitate, sed in modo et applicatione et conditione* requisita, ut perfectius actuet subjectum et in eo participetur, et effectum perfectiorem communicet. Et sic latitudo* ista non est in productione et educatione entitatis formæ, sed in unione et com-

*n. 932 sq.

*n. 736, 746 sqq.

*n. 932, 944

*n. 930

*n. 943

*n. 800, 930 sq.

*n. 804, 949

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 3, II (Reiser), p. 652–659.

- municatione diversa. Nec enim repugnat eandem formam entitative diversimode se explicare* et communicare subjecto secundum diversam applicationem formæ vel dispositionem subjecti, ut ostendimus¹, et statim* etiam dicemus.
- 945 XXXV. — **Cum autem instatur*** et quæritur an ista unio sit eadem vel diversa, *dicimus* esse eandem entitative et diversam terminative quantum ad applicationem* sui in subjecto ad quod terminatur, ut diximus².
- 946 **Et cum quæritur*** ut explicemus quomodo ista unio dicatur magis perfici, cum ipsa eductio formæ sit unio, et si tota educitur, tota unitur et tota unio producitur, *respondetur* unionem hanc perfici, non per hoc quod ipsi formæ tribuat majus esse aut perfectius esse, aut entitatem ejus magis producat et inhærere faciat, sed per hoc quod potentialitatem subjecti magis vincat* et subjiciat ipsi formæ, atque ad unitatem reducat.
- 947 Ut enim supra* late explicavimus, et in citato loco *De Generatione*³, unio duos effectus facit.
- 948 *Unum* est in beneficium formæ*, ut scilicet mediante tali unione substatetur a subjecto et habeat seu emendicet ab illo esse, quia inhæret illi. Et in hoc non crescit unio neque forma, quia semel educta e subjecto, totum* suum esse habet.

*n. 636, 945

*n. 946 sq.

*n. 933

*n. 930

*n. 935

*n. 823 sq.

*n. 800 sq.

*n. 801

*n. 932

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 2, II (Reiser), p. 643–652.² *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 3, II (Reiser), p. 655–659.³ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 2, II (Reiser), p. 651b 22 sq.

- 949 *Alterum** est in beneficium subjecti seu compositi, scilicet ut fiat unum cum forma, et ab ejus actualitate* perficiatur et actuetur. Et in hoc potest dari latitudo* secundum magis et minus vincenda per intensionem, videlicet quando subjectum est in potentialitate ad diversas formas et de se habet capacitatem et indeterminationem ut illis subjiciatur, et sic est in quadam confusione et indeterminatione ad plura*, et tunc quando forma sic afficit illam potentialitatem et confusionem ad plures formas quod totam illam confusionem sibi subjicit et ad unitatem reducit, nec permittit ratione talis formæ oppositam admittere aut aliquid ejus. Dicitur ad unitatem* reducere illam potentialitatem et perfectius subjectum terminare illique perfectius uniri, quantum ad hunc effectum qui per unionem intenditur, scilicet facere unitatem perfectam cum subjecto, reducendo* ejus potentialitatem et confusionem et indeterminationem ad suam actualitatem. Quæ perfectio est nova terminatio novusque respectus seu communicatio ipsius unionis, quatenus facit magis* unum formam et subjectum. Et hunc appellamus* novum modum seu novum effectum aut terminationem unionis. *n. 802
*n. 636
*n. 804, 944
*n. 823, 866
*n. 803 sq.
*n. 636, 812
*n. 845
*n. 800, 870
- 950 XXXVI. — **Ad id vero quod opponitur*** contra exempla adducta de anima variis modis se uniente diversis partibus corporis, et de quantitate* diversam extensionem habente in subjecto, *respondetur* illa exempla in hoc tenere et ad hoc adduci ut constet non repugnare eadem* entitative formam posse diversis modis communicari subjecto, et diversos effectus formales in eo explicare juxta diversam subjecti capacitatem et dispositionem, sicque diversis modis uniri. *n. 936
*n. 952
*n. 937
- 951 Licet enim forma naturaliter et necessario suum effectum formalem communicet* subjecto, nec possit *n. 789, 961

- pro libito majorem vel minorem dare, tamen pro capacitate et dispositione subjecti dat diversum effectum, et semper dat totum quod potest juxta illam capacitatem et mensuram. Sicut ergo anima in parte corporis sic disposita dat talem effectum, verbi gratia, in oculo, et in alia dat talem, sicut in aure, ita qualitas in eadem parte subjecti potest dare majorem vel minorem effectum intensionis juxta dispositionem et capacitatem subjecti, quæ dispositio seu capacitas est major vel minor potentialitas subjecti et indeterminatio aut confusio ad plures* formas, quanto enim magis receditur ab ista confusione potentialitatis, perfectior sequitur actuatio et unio ex parte formæ. Quod ergo respectu diversæ communicationis et unionis animæ facit diversa organorum dispositio, facit respectu unionis et intensionis qualitatis diversa potentialitatis indeterminationem et confusio, vel determinatio et subjectio ad unitatem formæ. *n. 804 sq.
- 952 XXXVII. — **Quantitas*** autem etsi requirat diversam dispositionem raritatis vel densitatis ut plus vel minus extendatur in materia, tamen ista realitas raritatis et densitatis non est quantitatis additio vel diminutio, sed dispositio requisita ut quantitatis extensio fiat vel non fiat. Quæ tamen extensio major vel minor fit ab eadem forma quantitatis, solum diversa posita dispositione. *n. 936
- 953 Similiter eadem qualitas sine additione novæ entitatis aut formæ præbere potest diversum effectum formalem subjecto, magisque illud sibi subjicere et potentialitatem ejus actuare, dummodo tamen subjectum ipsum diversimode disponatur, non quidem per diversas qualitates, sicut in quantitate raritas et den-

sitas, sed secundum majorem vel minorem confusionem et indeterminationem illius potentialitatis ad diversas formas, vel determinationem et subjectionem ad unam, quod utique fit ab agente* intendente vel remittente qualitatem. *n. 934

- 954 Itaque exempla ista* in hoc tenent quod eadem forma sine* nova additione entitatis, quæ etiam forma sit vel pars formæ, licet præsupposita diversa dispositione vel conditione* ex parte subjecti, potest diversos effectus formales vel communicationes sui præbere, ita eadem qualitas potest diversas sui communicationes et uniones habere ad subjectum sine additione novæ formæ vel partis formæ, supposita tamen diversa capacitate vel dispositione subjecti, non diversa dispositione quæ sit alia qualitas, sed quæ minor confusio aut determinatio illius potentialitatis ad unum*, cum ex se habeat confusionem ad plura, ut explicatum* est. *n. 936
*n. 736,
746 sqq.
*n. 930 sq.,
944
*n. 804
*n. 803 sq.

⊙

- 955 XXXVIII. — Ad confirmationem*, negatur sequela. *n. 938

- 956 *Ad probationem**, dicitur quod licet qualitas intensibilis nunquam* producat sine aliquo gradu et modo intensiois vel remissionis, non tamen solus modus producit, sed etiam realitas cum modo, sicut quantitas non producit sine aliqua figura, situ aut ubi, non tamen resolvitur quantitas in solos modos istos, sed realitatem habet ab illis distinctam, non tamen ab illis omnibus separatam. Et sic non resolvitur qualitas in solos modos, sed in modos et realitatem quam afficiunt modi. *n. 939
*n. 446

- 957 Et hæc realitas qualitatis producit per motum alterationis quando primum producit qualitas, quæ ante non erat in subjecto. Hæc autem alteratio simul producit aliquem gradum qualitatis vel intensum vel remissum, juxta virtutem agentis a quo producit, sed tamen illa gradus productio, cum sit consecuta* ad productionem qualitatis in suo esse, non dicitur motus intensiois vel remissionis, sed simpliciter motus alterationis, sicut quando res in prima sui generatione accipit locum seu ubi, quia in aliquo loco generatur, tale ubi non producit per motum localem, sed consequens* ex vi generationis tamquam aliquid illi annexum. Sic gradus intensiois vel remissionis quando consequitur et annectitur ipsi primæ productioni qualitatis non fit per motum intensiois aut remissionis, sed ex vi ipsius alterationis producentis qualitatem in individuo hic et nunc producit etiam modus ille seu gradus ut quid consecutum, sicut ubi in prima generatione rei. *n. 958
*n. 958
*n. 958
- 958 XXXIX. — Unde nec oportet fieri per motum intensiois et remissionis, quia isti motus solum producant gradus illos primo et per se, non ut consecutos* ad aliam priorem actionem, sicut motus localis producit* ubi, non* quomodocumque, sed directe et per se primo, non ut consecutum ad priorem actionem. Nec etiam oportet quod pro aliquo momento seu duratione producat qualitas sine ullo gradu*, et postea per alium motum intensiois vel remissionis producat gradus, sed unica et eadem actione alterationis producit qualitas cum aliquo gradu illi annexo hic et nunc ex vi agentis sua virtute determinantis et producentis qualitatem in tanta mensura, et sic in nulla duratione est qualitas producta sine aliquo gradu saltem ut consecuto*. *n. 957
*n. 957
*n. 957
*n. 957
*n. 957
*n. 155, 898
*n. 957
*n. 897
*n. 957



- 959 XL. — Ad secundam* confirmationem, quæ constat auctoritatibus D. Thomæ, responsum a nobis est quæstione quarta *De Generatione*¹. *n. 940
- 960 In summa dicimus significare* D. Thomam quod forma augetur secundum essentiam quando augetur secundum radicationem, quia augetur intrinsece in sua actualitate, quatenus est radix illius unionis, et non solum per extrinsecam denominationem, contra aliquos qui volebant sic radicari qualitatem in subjecto* quod ejus entitas et actualitas maneret intacta et sine aliqua mutatione in se, sed tota mutatione ex parte subjecti* præcise se tenente. *n. 875 sq. *n. 961 *n. 965 *n. 961
- 961 Quod* omnino falsum est, et D. Thomas impugnat², quia unio ista et radicatio ex parte ipsius qualitatis se tenet et ad ejus essentiam seu entitatem pertinet sic uniri. Unde non potest ipsa forma* magis uniri et radicari nisi in se intrinsece actualior fiat, non* per additionem entitatis, sed vincendo* potentialitatem subjecti ejusque confusionem determinando et ad unitatem reducendo, et hoc non potest intelligi sine intrinseca mutatione ipsius formæ et non solum subjecti*, quia ex sua intrinseca entitate unibilis est subjecto, et radix ipsius unionis per quam fit ipsa major unitas est radicatio. *n. 960 *n. 965 *n. 960, 965
- 962 XLI. — Itaque cum augeri secundum essentiam possit intelligi *dupliciter*, uno modo superaddendo aliquam entitatem vel prædicatum essenziale, alio modo superaddendo intrinsecam mutationem per modi-

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 2-3, II (Reiser), p. 643-659.

² IIa-IIæ, q. 24, a. 4 ad 3.

- fictionem* et terminationem unionis vel formalem vel radicalem*, quatenus innascitur novus respectus in forma ad sic uniendum et terminandum potentialitatem subjecti, Vazquez vult* *primo modo* intelligi debere S. Thomam, cum dicit formam augeri secundum essentiam, nos *secundo modo*. *n. 771, 870 *n. 924 sq. *n. 966
- 963 Nam si primo modo intelligatur D. Thomas, redditur sibi ipsi contrarius, dum aliis locis planissime affirmat intensionem fieri sine additione entitatis et formæ (ut præcedenti* articulo citavimus). *n. 737, 800 sqq.
- 964 Et præterea ipse D. Thomas se ipsum clarissime explicat illis ipsis locis quæ citat¹ Vazquez, si integre legantur.
- 965 Dicit enim sic (IIa-IIæ, q. 24, a. 4 ad 3): “Quidam dixerunt charitatem non augeri secundum essentiam, sed solum secundum radicationem in subjecto*, vel secundum fervorem. Sed hi propriam vocem ignoraverunt. Cum enim accidens sit, ejus esse est inesse*; unde nihil est aliud ipsam secundum essentiam augeri quam eam magis inesse subjecto*, quod est eam magis radicari in subjecto. Similiter etiam ipsa essentialiter est virtus ordinata ad actum; unde idem est augeri ipsam secundum essentiam et ipsam habere efficaciam ad producendum ferventiorum dilectionis actum. Augeatur ergo essentialiter, non ita quidem quod esse incipiat vel esse desinat in subjecto, sicut objectio illa procedit; sed ita quod magis ac magis in subjecto esse incipiat”. *n. 960 *n. 875 *n. 961
- 966 Quid clarius poterat dicere D. Thomas pro explicando isto augmento secundum essentiam, quod scilicet

¹ Cf. In Iam-IIæ, q. 52, disp. 82, cap. 4.

nihil aliud est eam secundum essentiam augeri quam eam magis inesse subjecto. Quæ verba si Vazquez attendisset vel retulisset tamquam sensum *D. Thomæ *n. 962 ita retorqueret.

- 967 Idem sentit D. Thomas (*De Virt. in Communi*, a. 11). — Et adhuc melius videri potest (*Quodl.* 9, q. 6, a. 13) ubi *apertissime explicat quomodo intelligendum sit charitatem in essentia augeri, id est, augmentum ejus esse in essentia qualitatis, quia fit per intrinsecam ejus perfectionem. — Cujus verba retulimus¹. *n. 877
- 968 XLII. — **Cum autem quæritur*** ubi dixerit D. Thomas qualitatem intendi per modos*, *dicimus* id dixisse in omnibus locis in quibus docet* fieri intensiorem non per additionem entitatis et formæ, sed per radicationem et unionem, negata enim additione formæ et entitatis, quid restat* nisi additio modi. *n. 941 *n. 771, 870 *n. 737 *n. 583
- 969 XLIII. — Reliqua quæ difficultatem facere possunt circa augmentum intensionis et extensionis videri possunt quæstione IV *De Generatione*² et quæst. XXVII *Logicæ*³, cum his quæ supra* articulo præcedenti dicta sunt. *n. 739 sqq.
- 970 XLIV. — **An vero quolibet* actu augeatur habitus, disputandum nobis est**⁴, eo quod præcipua difficultas in hoc puncto est circa meritum talis augmenti seu modum augendi meritorie, quod ibi tractandum est. *n. 847

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 3, II (Reiser), p. 652–653.

² *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 4, a. 1–3, II (Reiser), p. 635–659.

³ *Curs. Phil.*, Log., II P., q. 27, a. 2, I (Reiser), p. 830–839.

⁴ *Curs. Theol.*, In IIam–IIæ, q. 24, a. 6, disp. 9, a. 3 et 4, VII (Vivès), p. 441–460.

ARTICULUS VIII

DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE HABITUUM

- 971 Breviter difficultates quæ pertinent ad generationem et corruptionem atque diminutionem habituum in hoc articulo per dubitatiunculas colligemus, ut nihil de his quæ ad materiam habituum pertinent relinquamus intactum.



QUÆRITUR PRIMO AN OMNES HABITUS GENERENTUR PER PLURES ACTUS, AN VERO POSSIT UNICO ACTU GENERARI HABITUS, ET QUINAM ISTI SINT.

- 972 I. — Pro resolutione, **supponendum est** posse habitum generari, *vel* quantum ad suam substantiam et speciem, *vel* quantum ad modum et accidentalem perfectionem.
- 973 **Habitus quoad substantiam*** et essentiam consideratur in ordipe ad objectum; *quoad modum** vero et accidentalem perfectionem consideratur in ordine ad subjectum. *n. 983, 1017 *n. 977
- 974 **In ordine ad objectum*** dicitur habitus quando versatur circa objectum firmum et certum, ita quod *n. 973



inde, scilicet ex objecto, sortiatur etiam seu petat* *n. 375
 permanentiam et firmitatem, sicut in habitibus ac-
 quisitis scientia, in infusis fides et spes, etc.

975 **In ordine ad subjectum*** sortiuntur habitus fir- *n. 973
 mitatem et permanentiam*, quando ipse habitus ita *n. 376
 vincit et subjicit ad suum exercitium* subjectum ut *n. 976
 in exercendis et eliciendis actibus subjectum non sen-
 tiat difficultatem, sed firmiter et prompte operetur.
 Hoc enim signum ponit¹ Philosophus generati habitus,
 quando quis prompte et delectabiliter* operatur. *n. 1009

976 Et bene stat generari habitum qui ex objecto
 sit firmus, puta ex certitudine² objecti, ut scientia et
 fides, et tamen ex parte subjecti sentire difficultatem in
 exercitio* illius, aut propter pravas dispositiones con- *n. 975
 trarias, aut propter subjecti deficientiam et modicam
 exercitationem.

* * *

977 II. — De acquisitione habitus **quantum ad istum**
secundum* modum, qui accidentaliter habitui est et *n. 975
 ex parte subjecti se tenet, *constat* quod non acquiritur
 iste modus et facilitas regulariter* loquendo nisi pluri- *n. 981
 bus actibus et consuetudine atque labore; consuetudo
 autem non dicit unicum actum, sed plures.

978 Qua ratione Philosophus dixit³ quod ædificatores
 ædificantes, et citharædi pulsantes citharam fiunt.
 Pari* modo justii agentes justii, et modesti, etc. *n. 1013

¹ Cf. *Eth.*, II, 3 (1104 b 3).

² Cf. *IIam-IIæ*, q. 4, a. 8.

³ *Eth.*, II, 1 (1103 b 1).

* *

979 Ratio vero est *tum* quotidiana experientia, quia
 videmus homines non reddi promptos ad ista opera
 (non solum in voluntate, sed etiam* in intellectu, ut *n. 989, 993,
 1009 sq.
 in artibus et scientiis quantum ad expeditam exerci-
 tationem) nisi consuetudine aliqua et pluribus actibus
 sint exercitati, sic enim quotidiano exercitio disputa-
 tionum in scientiis crescimus; *tum etiam* quia subjectum
 ad exercitium expeditum alicujus scientiæ vel artis non
 solum dependet ab ipso habitu, sed etiam a multorum
 impedimentorum remotione*, quæ solent liberum et *n. 436
 promptum exercitium impedire.

980 Nec est autem consequens quod si unico* actu acqui- *n. 993
 ratur aliqua dispositio vel habitus ad aliquid operan-
 dum, continuo tollantur omnia impedimenta ut promp-
 te et libere quis possit in illa operatione exerceri. Et
 sic indigebit ad hoc habendum pluribus actibus atque
 exercitatione et consuetudine.

981 Si tamen aliquis actus quo habitus acquiritur sit
 ita vehemens et intensus quod æquivalet exercitio
 consuetudinique multorum, et subjectum sit ita bene
 dispositum quod non a multis contrariis et impedi-
 mentis molestetur, poterit unico actu modum* istum *n. 977
 acquirere; sed hoc non contingit regulariter, quia nec
 isti actus sunt ita intensi, nec subjectum sic dispositum
 et expeditum, ut possit unico actu reddi promptum et
 exercitatum ad operandum.

982 Quando autem sic per plures actus generatur ista
 facilitas et expeditio, quid singuli actus faciant in sub-
 jecto, aut quomodo ultimus operetur in virtute præce-

dentium, dicemus* sequenti dubio. Eadem enim difficultas est de ipso habitu quoad substantiam, quando contingit* non unico sed pluribus actibus acquiri. *n. 1048 sqq.
*n. 992, 994

* * *

983 III. — De primo* ergo modo acquirendi habitum, scilicet quoad substantiam et speciem suam, difficultas est, an semper generetur habitus per unum actum, an vero aliqui habitus sint qui per plures actus generentur, alii per unicum. *n. 974

* *

984 Nam illi auctores qui non* distinguunt essentialiter habitum a dispositione, sed solum ratione alicujus accidentaliter differentiae, puta quia habitus difficilius removetur a subjecto et diuturnius permanet, dispositio vero non, consequenter sentiunt quod sicut quolibet actu potest produci aliqua dispositio in subjecto in ordine ad similem actum, ita etiam habitus* generatur, quia ipsa dispositio substantialiter habitus est et solum deest illi permanentia et immobilitas major in subjecto. *n. 354, 1053
*n. 1055

985 Ita tenent multi recentiores super hanc quaestionem LI D. Thomæ, et Suarez (*Metaph.*, disp. 44, sect. 9, n. 6 sq.)¹. — Ex antiquis citantur Durandus (In I *Sent.*, dist. 17, q. 8 ad 2); Scotus (In I *Sent.*, dist. 17, q. 3); Henricus², Gabriel³, et alii apud Montesinos (In Iam-IIæ, q. 51, disp. 32, q. 5).

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 687-689.

² Cf. *Quodl.* 5, q. 16.

³ Cf. In III *Sent.*, dist. 23, q. 1, dub. 4.

⊙

986 At vero Vazquez* (In Iam-IIæ, q. 51, disp. 78, cap. 7-8) censet omnem habitum, sive in intellectu, sive in voluntate, sive sit scientiæ, sive opinionis, acquiri pluribus actibus, loquendo de habitu quoad statum habitus: nam in statu dispositionis etiam fatetur unico actu acquiri posse. *n. 1054

987 Nec assentit D. Thomæ distinguenti* inter habitum intellectualem et moralem, quod moralis scilicet virtus, propter resistentiam* appetitus et contingentiam voluntatis, semper pluribus indiget actibus ut vincatur ejus difficultas et generetur habitus. Intellectualis* autem, si sit evidens*, unico actu generari potest; si inevidens, ut opinativus*, indiget pluribus. — Non acquiescit huic distinctioni Vazquez, sed generatim et sine discrimine omnes habitus docet pluribus actibus debere acquiri. Ipse enim non loquitur de habitu nisi prout habet statum* habitus, distinguiturque a dispositione in statu dispositionis. *n. 988 sq.
*n. 999, 1030, 1035
*n. 989
*n. 993, 1007
*n. 994, 1005
*n. 989

* *

988 IV. — NIHILOMINUS SENTENTIA D. THOMÆ (Ia-IIæ, q. 51, a. 3) apertissima est, quod in voluntate et appetitu non potest causari habitus virtutis nisi per plures* actus. *n. 992

989 In parte autem apprehensiva potest causari habitus unico* actu, quando est habitus scientificus, qui procedit ex propositionibus per se notis firmiter convincentibus intellectum. Addit tamen D. Thomas limitationem, quod hoc intelligitur de habitu ut tenet *n. 993, 1007 sq.

se ex parte intellectus possibilis et secundum quod inhæret in illo. Loquendo autem de habitu quantum ad ejus usum et exercitium seu quantum ad statum*, cum dependeat ab inferioribus viribus sensitivis* quarum operationes non possunt unico actu firmari, indiget exercitio ut aliquid firmiter memoriæ* imprimatur, et hoc non fit nisi per plures actus.

*n. 987,
1009 sq.,
*n. 418, 999,
1010
*n. 58

990 At vero loquendo de habitu opinativo*, dicit D. Thomas* quod debet causari ex pluribus actibus, eo quod ex propositionibus non per se notis sed probabilitibus* ducitur intellectus.

*n. 994
*n. 988
*n. 1005

991 V.— Itaque tota D. Thomæ* resolutio **tribus propositionibus** resolvitur.

*n. 988

992 **Prima***, in voluntate omnis habitus, etiam si sit virtutis non solum quoad statum seu modum* sed etiam quoad substantiam*, generatur pluribus actibus.

*n. 1000 sq.,
*n. 972 sq.,
*n. 1034

993 **Secunda***, habitus scientificus seu evidens in intellectu quoad substantiam* unico actu generatur, quoad statum seu modum* et usum petit ex parte virium sensitivarum* firmitatem pluribus actibus generatam.

*n. 1004 sq.,
*n. 972 sq.,
1007 sq.,
*n. 1009 sq.,
*n. 418, 989

994 **Tertia**, habitus opinativus* etiam quoad substantiam et ex parte intellectus, non* generatur unico actu sed pluribus.

*n. 990
*n. 1005 sq.

995 VI. — Omnes istæ propositiones* supponunt pro suo fundamento unum principium*. Deinde ex ipsis visceribus et natura talium habituum reddunt disparitatem* inter istos habitus hic numeratos.

*n. 991 sq.,
*n. 996
*n. 999 sq.

○

996 **Principium*** quod supponunt est quod dantur habitus essentialiter distincti a dispositione, quod supra* ostendimus, cum constet aliquos habitus dari qui non solum ex parte subjecti* habent diuturnitatem, quia firmiter imprimuntur et diu durant, sed etiam ex parte objecti* specificantis, quia in sua specie respiciunt pro objecto aliquid certum et firmum, et pro ratione formali aliquid convincens et firmans potentiam, scilicet rationem evidentem.

*n. 995
*n. 352 sqq.
*n. 359, 376,
975
*n. 360, 375,
974

997 Tales ergo habitus ex sola sua ratione formali, etiam non attento modo et statu quem ex parte subjecti et repetitione aut consuetudine actuum sortiuntur, firmitatem habent: ratio enim evidens firmum* reddit intellectum, quia convictum.

*n. 1037

998 Et tales habitus necesse est specificè distingui ab his qui non utuntur ratione formali convincente et necessitante potentiam, quia ex sua specifica ratione firmitatem non habent. Unde oportet quod eam acquirant ex aliquo extrinseco* principio et ex iteratione ac repetitione actuum in subjecto, per quam fit diuturnitas et firmitas, quatenus consuetudo vertitur in naturam, seu ad modum naturæ inclinationem confirmat.

*n. 1005,
1041

○

999 VII. — Ex hoc principio* sumitur fundamentum ad **discernendum** qui habitus possint unico actu generari, qui pluribus. Nam cum habitus sit inclinatio quædam determinans* in actu primo potentiam ad aliquem actum, si hæc determinatio nascitur ex actu,

*n. 995
*n. 178 sq.,
358, 384

oportet quod talis sit actus qui possit potentiam determinare et ejus resistantiam* aut indeterminationem vincere. Vincitur autem indeterminatione potentiae, *vel* ex efficacia objecti quod tale est ut rapiat* aut necessitet potentiam, *aut* ex modo operandi subjecti, quia scilicet operatur ad modum naturae quae determinate se habet ad unum, et ea quae talem modum naturae imitantur nata sunt determinare, sicut est consuetudo* quae se habet ut altera natura, eo quod semper operatur in uno, aut circa unum, et frequentia ipsa etiam ad tale unum determinat inclinando.

1000 **In voluntate*** ergo nullum est objectum quod possit sua efficacia convincere et adaequare* ejus indifferentiam et indeterminationem (non* loquimur de Deo clare viso), eo quod objectum natum est proponi* per diversas* rationes et circumstantias quae de se comitantur objectum, et ratio propter suam universalitatem ad omnes illas se extendit, et voluntas potest circa omnia versari. Sed unicus actus intellectus non potest omnes istas rationes, quae ita indifferentes sunt et multae, complecti; ergo indiget pluribus* actibus ut firmetur voluntas erga tale objectum, ut scilicet vincat illa quae possunt in contrarium flectere aut ab illo divertere.

1001 VII. — Quae ratio currit non solum in objecto honesto, quod de se difficilius* est, sed etiam in turpi et malo*, quia licet hoc aliquando sua apparentia aut pulchritudine multum attrahat, tamen hoc solum est ad excitandum desiderium, non ad determinandum in actu primo* voluntatem, et inclinandum per modum habitus*, quousque determinatio in illud objectum radicetur, ita quod ad modum naturae seu naturalis cursus determinet.

1002 Et idem iudicium est de appetitu: *tum* quia in eo non generantur habitus virtutum et vitiorum nisi prout participative movetur a voluntate et ratione; *tum quia* ex parte appetitus est aliqua resistantia* ad ea quae rationis sunt fomite retrahente. Unde non potest unico actu vinci, ita ut detur pronitas et inclinatio habitualis ad bonum contra fomitem.

1003 Ad malum* autem facilius inclinari potest, licet pro ea parte qua vitium est cum moralitate et libertate, currat eadem ratio in appetitu et in voluntate, quod scilicet uno actu vinci non* possit ejus inclinatio ad unum objectum, quia natum est proponi per diversas* vias et circumstantias, et quod uno modo movet, alio non movet, et sic ut firmetur et quasi connaturalizetur inclinatio ad unum, pluribus* eget actibus, quia unus non vincit nec superat totam illam varietatem et indifferentiam.

1004 VIII. — **At vero loquendo de intellectu***, invenitur diversus modus procedendi. Nam *aliquando** objectum omnino certum et firmum atque evidens est, *aliquando** vero inevidens.

1005 *Si ergo evidenter non* appareat*, non convincit, neque constringit aut quietat intellectum. Unde ex vi et meritis objecti* non determinatur intellectus, neque unico neque pluribus actibus, ut a tali objecto convincatur. Ergo determinatio ejus debet reduci ad rationes et principia extrinseca*, quales sunt convenientiae, auctoritates aliorum, affectus, verisimilitudines, exempla, et alia similia. Haec autem cum tam varia et plura sint, non possunt unico actu regulariter et per se comprehendi, neque statim cum toto suo robore et

convenientia apparere. Unde ut firmetur in intellectu indiget pluribus actibus, quibus perpendantur illæ rationes et defectus quos habere possunt et unde eis possit contradictio provenire, et quousque ista sint cognita, non potest in illis intellectus firmari, hoc est, ita adhærere quod non dimoveatur.

- 1006 Et sic *neque* in sua substantia seu specie habitus ille firmitatem habet, id est, ex vi specificationis ab objecto*, quia objectum inevidens est et non convincens, et hoc nunquam sortitur habitus ille seu dispositio, quia nunquam ex parte objecti firmitatem habet, et consequenter neque ex specie sua quæ ab objecto* desumitur, *neque* ex parte subjecti firmari potest unico actu, sed quando extrinseca* principia ita sunt vehementia, et convenientiæ ipsæ aut verisimilitudines et alia concurrentia ita multiplicantur quod ab extrinseco accipit statum* firmitatis quod ex objecto firmum non est. Quod utique regulariter unico actu non* fit. *n. 999
*n. 973
*n. 998, 1005
*n. 972 sq.
*n. 990, 994
- 1007 IX. — *Si vero objectum ipsum evidens* sit* et evidenter intellectui appareat ita ut convincat* ipsum, oportet quod unico actu generetur* habitus quantum ad substantiam*, qui sit firma inclinatio quoad speciem suam. Nam quilibet actus est evidens et certus ex sua ratione formali et specifica; ergo convincit et necessitat intellectum ut assentiatur illi demonstrationi; ergo talis actus potens est generare habitum et inclinationem firmam ex sua specie. *n. 1004, 993
*n. 999
*n. 1037
*n. 993, 973
- 1008 *Patet consequentia*, quia intellectus semel convictus ex demonstratione manet dispositus ad eliciendum talem actum seu assensum demonstrativum, non minus quam quælibet potentia per actum quem elicit dispo-

nitur ad similes actus; sed dispositio ad eliciendum assensum certum et evidentem est inclinatio ad assensum firmum; ergo est inclinatio ex sua specie firma, quia ejusdem speciei est habitus seu inclinatio et actus ad quam inclinat; ergo si inclinat ad actum ex sua specie firmum, illa dispositio est inclinatio ex sua specie et objecto firma; ergo essentialiter et specificè est habitus, quia habitus distinguitur a dispositione penes firmitatem, quia est difficile mobilis, et cum ex sua specifica* ratione est difficile mobilis seu firmus, ex specie sua est habitus. *n. 359 sq.

- 1009 X. — *Cæterum ex parte subjecti** acquirentis talem habitum et habentis actum firmum, non statim habetur modus seu status habitualis. Quia subjectum* tunc habet statum et modum habitus quando operatur modo firmo, id est, prompte et delectabiliter, et cum exclusione contrariorum, et habet exercitium quasi connaturale, eo quod habitus seu consuetudo est quasi altera natura, ut experientia patet. At subjectum acquirens et eliciens unicum actum demonstrativum non statim operatur demonstrationem illam connaturaliter et prompte, nec statim contrariis rationibus scit respondere et se expedire, sed indiget pluribus actibus et consuetudine, ut experientia ostendit. *n. 989, 993
*n. 376, 975
- 1010 Et ratio D. Thomæ¹ id persuadet, quia nostra ratio in suo exercitio* etiam in demonstrationibus dependet* a sensibus et a memoria, cui firmiter debent imprimi ea quæ ad talem cognitionem requiruntur, ut firmiter possit subjectum uti tali scientia. At in memoria et sensibus non imprimuntur ista nisi pluribus* *n. 975
*n. 418, 989
*n. 989

¹ Cf. Iam-IIæ, q. 51, a. 3.

actibus et multo exercitio regulariter* loquendo, propter* n. 981
contrarias dispositiones sensibiles quæ non facile e
sensibus expelluntur; ergo, etc.

* * *

1011 XI. — **Objicies ex Vazquez** loco supra* citato. *n. 986

1012 Nam D. Thomas ponendo quod aliquis habitus in
intellectu produci potest unico actu, non autem in
voluntate, contradicit Aristoteli et sibi.

1013 *Aristoteli** quidem, quia loco¹ supra† citato eodem *n. 1023 sq.
modo parificat habitus intellectus, verbi gratia, artem †n. 978
ædificandi et citharizandi, atque habitus voluntatis, ut
operandi juste aut fortiter: quod scilicet omnes pluribus
actibus acquiruntur, ut patet in verbis supra* relatis; *n. 978
ergo contra Aristotelem loquitur D. Thomas ponens* *n. 993
aliquem habitum in intellectu unico actu generari.

1014 *Et sibi** D. Thomas contradicit, quia vel scientia *n. 1026 sq.
consistit in iudicio intellectus, vel in apprehensione.
Si in iudicio, non est necessarius habitus, positus enim
speciebus et apprehensa objectorum convenientia, na-
turaliter et sine habitu iudicat intellectus. *Si in ap-
prehensione*, dicit D. Thomas ad illam requiri plures
actus propter dependentiam* a sensu, ut patet (Ia-IIæ,
q. 51, a. 3); ergo contradicit sibi. *n. 989, 1010

⊙

1015 XII. — **Deinde*** fortius arguitur, quia quando *n. 1030
dicit D. Thomas in intellectu posse habitum unico

¹ *Eth.*, II, 1 (1103 b 1).

actu generari, non in voluntate, neque in opinativis,
vel loquitur de habitu quoad substantiam et speciem,
vel quoad statum et modum.

1016 *Si quoad statum et modum**, nulla est differentia, *n. 972 sq.
quia etiam ipse habitus scientificus non* nisi pluribus *n. 989, 993,
actibus acquiritur quoad statum et modum, ut nos 1009 sq.
admittimus, et D. Thomas affirmat (Ia-IIæ, q. 51, a. 3).

1017 *Si loquitur de habitu quoad substantiam**, et in *n. 972 sq.
hoc ponit differentiam quod in voluntate omnes habi-
tus et in intellectu habitus opinativi quoad substan-
tiam generantur pluribus actibus, scientia vero unico,
contra est, quia habitus opinativus in intellectu et
habitus vitiosi in voluntate nec etiam per plures actus
quoad substantiam* generari possunt, quia nullis acti- *n. 1031
bus pervenire possunt ad hoc ut sint habitus quoad
substantiam, quia illi sunt habitus quoad substantiam* *n. 973 sq.
qui ex sua specie, id est, ab objecto firmitatem et per-
manentiam habent; opinio autem et vitium ex objectis
suis firmitatem et radicem non habent, quia illius
objectum est verum incertum, hujus bonum apparens* *n. 1043
et sine fundamento.

⊙

1018 XIII. — **Tertio***, ex alia parte est difficultas, quia *n. 1034
habitus virtutis et habitus opinionis* quoad substan- *n. 1021
tiam etiam unico actu possunt generari; ergo nulla est
differentia assignata a D. Thoma inter habitus intel-
lectus et voluntatis et opinativos.

1019 *Antecedens probatur*, nam bonum virtutis* ex sua *n. 1035 sq.
specie et formali ratione est firmum et solidum, utpote

- bonum rationis et conforme* atque connaturale ipsi voluntati; ergo quilibet actus virtutis relinquit dispositionem rectam ac firmam atque conformem ipsi naturæ voluntatis; ergo generat dispositionem ex parte objecti et ex vi specificationis firmam, licet ex parte subjecti et ex parte status et modi firma non sit, et talis dispositio est habitus quoad substantiam, aut argumentum factum* de scientia non valet. *n. 1038
*n. 1007 sq.
- 1020 XIV. — Unde etiam D. Thomas (Ia-IIæ, q. 56, a. 6) fatetur voluntatem non indigere habitu virtutis in ordine ad proprium objectum, quod est bonum rationis; ergo sentit hoc objectum esse tam firmum et connaturale* voluntati ut illam vincat et determinet, atque adeo quidquid erga bonum rationis versatur, firmam dispositionem seu habitum dicit quoad substantiam, licet unico actu fiat. *n. 1038 sq.
- 1021 Similiter habitus opinativus* quantumvis pluribus actibus radicitur et firmitur in intellectu, nunquam plus inclinatur quam ut probabiliter et incerto atque cum formidine assentiatur; sed hoc etiam habet primus actus opinativus et dispositio ex illo relicta; ergo quoad substantiam nulla* differentia est inter opinionem pluribus actibus acquisitam, atque unico actu acquisitam. Et sic quoad substantiam, unico actu acquiritur, licet non quoad modum. *n. 1018, 1044
*n. 1045, 1069
- 1022 Si autem dicatur quod frequentatis actibus opinio pervenit ad hoc ut sit habitus firmus et certus quoad substantiam, hoc falsum est, quia si esset habitus certus inclinaret ad actus certos, atque adeo non esset opinio, quia opinio semper incerta est ex parte objecti et rationis formalis.

★ ★

- 1023 XV. — Respondetur ad primum* D. Thomam non* contradicere Aristoteli, quia non negat D. Thomas aliquos actus in intellectu generari pluribus actibus, nec Aristoteles dixit omnes habitus in intellectu generari pluribus actibus. Sed posuit* Aristoteles exemplum in arte ædificandi et citharizandi, dixitque pluribus actibus generari. *n. 1011 sq.
*n. 1013
*n. 978
- 1024 De his autem id non negavit D. Thomas, qui solum scientiam demonstrativam seu habitum evidentem dixit* unico actu generari quoad substantiam. Ars autem non procedit demonstrative, sed est habitus practicus circa factibilia, qui licet certas ac determinatas vias habeat, illæ tamen cum versentur circa particularia et contingentia dependent a pluribus actibus et ab experientia plurium singularium in quibus regulæ illæ manifestantur. Si quæ tamen demonstrationes sint in artibus, in his se habebunt ad modum scientiarum, sed hoc solum erit habere notitiam illius artis quoad theoreticam et quasi in communi, non practice et applicate, de quibus artibus solum Philosophus loquitur*, quæ in hoc parificantur parti opinativæ. *n. 989, 993, 1007 sq.
*n. 978
- 1025 Deinde Aristoteles loquitur de habitibus quoad statum et modum; S. Thomas de habitu scientiæ quoad substantiam. Habitus autem quoad modum etiam* in scientiis pluribus actibus acquiritur. *n. 989, 993, 1009 sq.
- 1026 XVI. — Nec* sibi contradicit D. Thomas, quia apprehensio de qua loquitur D. Thomas et ad cuius firmitatem in scientia plures actus requiritur est apprehensio ex parte memoriæ* et sensuum interiorum, quo- *n. 1014
*n. 418, 989

rum ministerium non firmatur nisi pluribus* et frequentibus actibus. Cæterum apprehensio de convenientia extremorum, qualis prærequiritur ad iudicium certum, non est simplex apprehensio, qualis fit in prima operatione intellectus, sed apprehensio discursiva, quæ constat præmissis inferentibus conclusionem super quam cadit iudicium, aut si non fit ex discursu, fit ex instinctu naturæ vel ex terminorum evidentia qua constat hoc esse conveniens. *n. 58

1027 Et hoc reputat D. Thomas pro unico* actu, scilicet pro unico ex parte intellectus, id est, unico discursu vel unica demonstratione, ad differentiam opinionis quæ indiget repetitis discursibus et rationibus ut firmetur. In hoc autem actu discursivo et demonstrativo, positis præmissis et concessis, necessario fertur iudicium super conclusionem, neque* ad hoc solum ponitur habitus ut inclinet intellectum ad assensum conclusionis prout necessarius et suppositis præmissis illatus, sed ad totam demonstrationem faciendam, quæ constat præmissis dispositis et conclusione. *n. 989, 993

1028 Nec enim scientia fertur in conclusionem præcise ac nude, sed ut illatam et ex causis suis ortam, quia scire est cognoscere causam ob quam res est. Hoc autem totum, quod est demonstrationem facere et ex præmissis conclusionem inferre, non est congenitum intellectui, sed industria acquiritur, licet concessis et cognitis præmissis conclusionem inferre et iudicare necessarium sit. Habitus autem non* ponitur solum ad iudicandum veritates contingentes, sed etiam necessarias et evidentes, quando assensus earum dependet ex aliquo quod non est a natura congenitum*, sed per actus et industriam disponitur, sicut habitus princi- *n. 1028

*n. 1027

*n. 1114

piorum ponitur ad assensum veritatis per se notæ, quæ dependet ex dispositione terminorum qui inter se immediate conveniunt, et habitus scientiæ ad assensum conclusionis, quæ dependet* ex dispositione præmissarum per illationem. Et tales dispositiones a natura non* habentur. *n. 643 sq. *n. 1114 sq.

1029 Quare scientia consistit non in sola apprehensione terminorum, sed in iudicio, non utcumque, sed ut illato et per illationem habito ex præmissis, quod non est naturaliter congenitum* intellectui, sed habitu indiget multo magis quam habitu primorum principiorum, de quo infra* dicemus¹. *n. 1028 *n. 1114 sq.

⊙

1030 XVII. — Ad secundum*, respondetur quod D. Thomas non loquitur de habitu determinate quoad substantiam vel modum, sed indeterminate* et indifferenter* loquitur de habitu quando inquit utrum acquiratur uno vel pluribus actibus, sed sumit ly habitum prout dicit qualitatem immobilem seu difficile mobilem, sive id habeat essentialiter et ex specie, sive ex statu et modo. Postea autem distinguit et determinat in particulari quod quidam habitus acquiri possunt unico actu quoad substantiam, et pluribus quoad modum; alii vero, qui ex sua specie et substantia, id est, ex objecto habitus non sunt, aut si sunt, ex resistantia* subjecti non possunt unico actu perfecte attingi, dependent ex pluribus actibus. *n. 1015 sq. *n. 359 sq. *n. 1033

1031 Quare non* est necesse quod habitus opinativi et vitiosi sint habitus quoad substantiam et ex specie *n. 1017

¹ Cf. *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 57, disp. 16, a. 1 et 2, VI (Vivès), p. 439-460.

seu objecto, sed sufficit quod statum et modum habitus habere possint* ex frequentatione actuum. *n. 394 sq.

1032 De habitibus vero virtutum, an sint habitus quoad substantiam, statim* dicemus. *n. 1034 sq.

1033 Itaque quando D. Thomas inquit utrum habitus pluribus actibus generentur, non sumit ly habitum determinate pro habitu quoad substantiam vel modum, sed abstracte* et secundum se. Quando autem resolvit et dicit quod in intellectu aliquis habitus unico actu generari potest, alius non, specificat et distinguit de habitu quoad substantiam, vel quoad modum. *n. 1030

○

1034 XVIII.—Ad tertium*, respondetur quod habitus virtutis etiam* quoad substantiam unico actu generari non potest, ut sumitur ex D. Thoma (Ia-IIæ, q. 51, a. 3). Habitus* autem opinionis sicut et vitii nunquam est habitus ex substantia et specie sua, id est, ex firmitate objecti et ratione sua specifica. *n. 1018 sq.
*n. 992
*n. 1043 sq.

1035 Ad probationem, pro ea parte qua tangit* habitum virtutis, dicimus quod non est idem esse habitum firmum quoad substantiam, et posse unico actu acquiri etiam quoad substantiam, quia ut acquiratur unico actu, requiritur quod potentia possit perfecte comprehendere substantiam illam unico actu. Si autem quoad substantiam seu quoad objectum firmitas detur, sed tamen potentia non habeat proportionem ut unico actu illam firmitatem adæquet et ab ea informetur, non poterit unico actu firmitas habitus generari, non ex defectu objecti, sed ex improportionem aut resistentia* *n. 1019 sq.
*n. 987, 1030

potentiæ, quia utrumque debet concurrere ad generationem habitus, scilicet potentia eliciens actum, et ratio formalis objectiva adæquans et vincens.

1036 XIX.—Et sic est advertenda differentia* inter evidentiam* seu certitudinem ex parte objecti intelligibilis, et firmitatem ex parte boni* quod est objectum appetibile. *n. 1073
*n. 1037
*n. 1038

1037 Nam objectum evidens* non solum est certum in se, sed ipsa certitudine et evidentia convincit* intellectum, et consequenter firmat illum quia certificat. Et quia unus actus habet evidentiam, unus actus sufficit* reddere intellectum firmum, id est, convictum et necessitatum ad assensum. *n. 1036
*n. 999
*n. 1007 sq.

1038 At vero bonum* quantumcumque sit rationi conforme* et firmum ac solidum in se, tamen non sufficit voluntatem convincere* et necessitare, quia voluntas libera est et objectum cum indifferentia proponitur*. *n. 1036,
1073 sq.
*n. 1019
*n. 999 sq.,
1040
*n. 1000,
1080

1039 Unde firmitas quoad substantiam, id est, ex parte objecti* se tenens, non est talis in subjecto voluntatis seu in bono quod possit necessitare et convincere* voluntatem liberam, sive uno, sive pluribus actibus exercentur et multiplicetur. Solum ergo talis est quod conaturaliter* ad naturam voluntatis, ut spiritualis et rationalis potentia est, possit illam movere. *n. 972 sq.
*n. 999 sq.
*n. 1074 sq.,
1080, 1082

1040 Et cum sit bonum spirituale et secundum rationem, de se habet permanentiam et soliditatem et alias cum voluntate connaturalitatem*, dicitur ex objecto seu specifica ratione sua habere firmitatem habitus, qui circa illam versatur (nam actus semper est aliquid *n. 1043

- transiens), non* tamen talem firmitatem quæ convincat et necessitet voluntatem, sed quæ connaturaliter ut spirituale bonum et de se perpetuum alliciat et trahat. *n. 1038
- 1041 Unde non potest per se et regulariter* loquendo unus actus sufficere ad firmandum sic habitum propter libertatem voluntatis et resistentiam* ad bonum ex parte appetitus et difficultatem cognoscendi spiritualia bona ex parte intellectus, indigetque communiter a motivis extrinsecis* sensim attrahi ad virtutem ut facilitetur et dulcoretur* difficultas vitæ virtuosæ, aut duci timore pœnarum, sicut imperfecte*, et sic disponitur paulatim* ut ab ipsa firmitate intrinseca boni honesti determinetur, et tunc generatur habitus quoad speciem, ut sequenti* dubio latius dicemus. *n. 981,1000
*n. 999,1030,1075
*n. 998,1005,1044
*n. 1076,1086
*n. 1066
*n. 1082
*n. 1048 sqq.
- 1042 Licet aliquando in aliquo raro* casu potest ita vehementer accendi voluntas, præsertim adjuvante gratia, ut statim* generetur habitus in voluntate, sicut etiam ex infusione divina possunt habitus unico actu infundi et unica actione Dei, quia est agens supernaturale, in cuius manu est ipsa voluntas ut operetur¹ in illa quidquid voluerit. *n. 1075
*n. 1000,1073
- 1043 XX. — At vero habitu vitioso*, quantumcumque multiplicentur actus, nunquam* generatur habitus ex sua specie et substantia firmus, quia objectum est bonum apparens*, non bonum solidum, et in se caducum, non æternum nec connaturale* voluntati ut spiritualis et rationalis est, quia non est conforme rationi. Unde habitus vitii qui generatur, solum est habitus quantum ad modum* et statum, scilicet quia habet permanentiam *n. 1034
*n. 394 sq.,1031,1034
*n. 1017
*n. 1040
*n. 972 sq.

¹ Cf. *Philip.* 2, 13.

- durationis et temporis in subjecto ob malam dispositionem subjecti, non ex firma et perpetua bonitate objecti.
- 1044 XXI. — *Ad secundam* partem argumenti*, quæ agit de opinione, *dicimus* quod quilibet actus inclinatur ad assentiendum probabiliter, non tamen firmiter id facit, quia neque ex vi objecti convincit intellectum evidentia sua, neque ex parte subjecti firmiter se habet, quia non est multiplicata frequentia et consuetudo quæ faciat connaturalitatem et determinationem ex parte subjecti, saltem propter rationes et motiva extrinseca*. *n. 1021,1034
*n. 1005,1041
- 1045 Cum autem multiplicantur* actus opinativi et generatur habitus seu dispositio firma, etiam illa inclinatur solum ad assentiendum probabiliter, et ex hac parte non generatur habitus firmus quoad substantiam, id est, quoad specificam rationem ex parte objecti; generatur tamen* firmus quoad modum seu statum, id est, ex parte durationis* et permanentiæ in subjecto et connaturalitatis ad ipsum, quia consuetudo est altera natura. *n. 1086
*n. 1021
*n. 359
- 1046 Unde fatemur non dari habitum opinativum, neque vitiosum, qui sit habitus quoad substantiam, et essentialiter differat a dispositione, sed solum quoad modum seu statum accidentalem, quia ex parte objecti nunquam habent firmitatem.
- 1047 Et D. Thomas vocat¹ aliquando* opinionem habitum, sed non dicit essentialiter et quoad substantiam esse habitum. *n. 395 sq.

¹ Cf. *Iam-IIæ*, q. 51, a. 3; q. 53, a. 1.



QUÆRITUR SECUNDO, QUANDO MULTIPLICATIS ACTIBUS GENERATUR HABITUS, QUID PRODUCANT AUT FACIANT SINGULI ACTUS IN SUBJECTO.

- 1048 I. — **Ratio dubitandi est**, nam *vel* producunt aliquam qualitatem quæ sit habitus, *vel* quæ sit distincta ab habitu, *vel nihil*.
- 1049 *Si nihil* producunt*, ergo neque in virtute priorum, quia nihil de illis manet, et sic in virtute eorum nihil fit. *n. 1062, 1070, 1101
- 1050 *Si producunt habitum*, ergo quolibet actu generatur habitus, ruitque doctrina hucusque* tradita. *n. 972 sqq.
- 1051 *Si aliam dispositionem producunt*, restat eadem difficultas, quomodo illa dispositio possit habitum producere magis quam actus a quo producta est. Et cum quælibet dispositio sit minor quam habitus producendus, quomodo potest in virtute illarum ultima dispositio causare habitum, quia in se illa dispositio est minor quam habitus et sicut* præcedentes, atque adeo per se solam non potest introducere habitum; præcedentes autem dispositiones etiam minores sunt; ergo in virtute illarum habitus non fit. — **Unde ergo producitur habitus ?**
- * * *
- 1052 II. — Propter hoc diversimode auctores in hac parte loquuntur.



- 1053 Qui tenent* habitum non distingui entitative et realiter a dispositione, sed solum quoad modum, dicunt quolibet actu produci aliquid habitus, quia producitur vere et proprie illa entitas quæ habitus est, licet non in eo statu seu modo producaturo quo habitus est, scilicet in ea firmitate et immobilitate, sed hæc per accessionem et multiplicationem actuum producitur. *n. 354, 984 sq.
- 1054 Et Vazquez* (In Iam-IIæ, q. 51, disp. 79, cap. 8) censet per quemlibet actum produci aliquem gradum habitus, et per alium actum alium gradum, et illum priorem habitum productum non dici habitum quoad statum habitus: status* enim quasi integrum et perfectum habitum dicit, non partem tantum aut gradum minorem. Et sic videtur apud ipsum distingui* habitum et dispositionem penes* magis et minus intensum. — Quam sententiam Medina* (In Iam-IIæ, q. 51, a. 3) attribuit Gabrieli et Almayno. *n. 986 sq., 1089
- 1055 III. — Suarez* autem (*Metaph.*, disp. 44, sect. 9, n. 12-13)¹ licet dicat per priores* actus non acquiri aliquam entitatem distinctam ab ipso habitu, sed ipsummet habitum entitative*, licet non sub eo statu et firmitate quæ est in habitu, *tamen* non explicat an ista dispositio, quæ nondum habet statum habitus, sit ipse habitus quoad minorem gradum intensionis, et habitus habens statum* sit ipsamet dispositio quoad intensiorem gradum, ita quod distinctio inter habitum et dispositionem sit solum differentia quoad gradum; an aliquid aliud. *n. 1055

¹ *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 688-689.

- 1056 Quem modum* dicendi tamquam a priori distinctum refert Medina, ubi supra*. In re autem convenit cum sententia Vazquez*, quod priores actus non producant aliquid entitative distinctum ab habitu, licet Vazquez explicet quod producant gradum minorem.

⊙

- 1057 IV. — At vero **communior sententia** inter discipulos D. Thomæ est per priores* actus non produci entitatem habitus, sed disponi* voluntatem seu potentiam ad illum.

- 1058 Quem modum* dicendi ponit S. Thomas (*De Virt. in Communi*, a. 9 ad 11) quod priores* actus disponunt, et ultimus complet generationem virtutis. Non* dicit augmentum seu intensionem* virtutis, sed generationem; ergo supponit ante ultimum actum non dari entitatem virtutis.

- 1059 Et (IIa-IIæ, q. 24, a. 6 ad 2) dicit quod “in generatione virtutis acquisitæ non quilibet actus complet generationem virtutis, sed quilibet operatur ad eam ut disponens, et ultimus, qui est perfectior, agens in virtute omnium præcedentium, reducit eam in actum”. Ubi etiam loquitur D. Thomas de generatione virtutis, non* de augmento, et quod ultimus reducit eam in actum; ergo ante solum erat in potentia.

- 1060 V. — *Quod vero Suarez*¹ respondet* D. Thomam loqui de consummata generatione virtutis, ut significat illud verbum complet generationem, et illa consummata generatio est generatio habitus quantum ad

¹ *Metaph.*, disp. 44, sect. 9, n. 12, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 689.

- statum*, non quantum ad entitatem, — hæc inquam responsio *non est ad mentem sancti Doctoris*, quia taliter dicit quod non quilibet actus, sed ultimus complet generationem virtutis, quod etiam affirmat quod priores* solum disponunt; si autem producerent entitatem*, et postea consummatur virtus quoad statum, non recte diceretur quod solum disponunt: entitas enim habitus non est dispositio ad statum, sed substantia et fundamentum ejus. Præsertim quia dispositio per priores actus relicta est imperfecta respectu perfectioris status postea advenientis, ideoque illam ut imperfectam debet excludere, entitas autem non excluditur per statum perfectum supervenientem; ergo entitas habitus non est dispositio ad statum habitus; ergo qui operatur ut disponens, operatur entitatem habitus. Quare complere generationem habitus est illam totaliter facere et introducere, sicut ultima dispositio dicitur generationem complere.

★ ★

- 1061 VI. — Quid autem sit illa dispositio quam priores* actus ponunt, aut quid faciant dum disponunt ad generationem habitus, adhuc non convenit inter sectatores D. Thomæ.

⊙

- 1062 Medina* (In Iam-IIæ, q. 51, a. 3) refert sententiam dicentem quod illi actus nihil* relinquunt in potentia in ordine ad generationem habitus. — Quæ sententia difficilis sibi videtur, quia si nihil relinquunt, quomodo in virtute eorum dicitur ultimus actus generare habitum, cum talis virtus non relinquatur et nihil sit? Guttæ autem cavantes* lapidem aliquid relinquunt, etsi non cavi-

tatem, saltem mollitudinem* oppositam cum duritia et siccitate, et sic in virtute illius potest cavatio fieri, quæ tunc fit quando partes facile cedunt: ut autem cedant debent emolliri. Sed tamen Medina*, devorata hac difficultate, non soluta, sequitur eam sententiam, quia aliæ* solutiones minus convenientes videntur. *n. 1065
*n. 1088
*n. 1050 sq.

○

1063 Alii vero censent produci per priores actus qualitatem aliquam, quæ habitus non est, sed ad habitum disponit, et sic ad dispositionem pertinet. — Quam sententiam Suarez refert citato* loco, eamque sequitur Montesinos (In Iam-IIæ, q. 51, disp. 32, q. 5) et Gregorius Martinez (In Iam-IIæ, q. 51, a. 3, dub. 1). *n. 1055

* * *

1064 VII. — Et hæc* sententia videtur conformior D. Thomæ et rationi. *n. 1063

* *

1065 Nam D. Thomas (*De Virt. in Communi*, a. 9 ad 11) dicit quod “licet plures actus non sint simul, tamen habitum virtutis causare possunt, quia primus actus facit aliquam dispositionem*, et secundus actus inveniens materiam dispositam, adhuc eam magis disponit, et tertius adhuc amplius; et sic ultimus actus agens in virtute* omnium præcedentium complet generationem virtutis, sicut accidit de multis guttis cavantibus* lapidem”. Si ergo facit aliquam dispositionem unus actus, et alius amplius disponit inveniens materiam dispositam; ergo aliquid* relinquitur per priores actus *n. 1058
*n. 1072, 1078
*n. 1062
*n. 1049, 1062

pertinens ad dispositionem, quod utique posteriores actus in subjecto inveniunt, et sic inveniendo dispositam magis disponunt. Quod etiam exemplum de guttis cavantibus, quæ aliquid mollitudinis* relinquunt in subjecto ante cavationem, optime explicat. *n. 1062

* *

1066 VIII. — Ratio* vero est: *tum* quotidiana experientia, quia per singulos actus, etiam antequam habitus sit genitus, aliquid inclinationis aut convenientiæ ad similes actus sentitur, licet modo quodam imperfecto*, et non multum connaturaliter, ideoque inclinatio illa non habitus sed dispositionis rationem habere dicitur, quia etsi inclinet, non tamen firmiter, neque connaturaliter*, eo modo quo assuetudo quasi in alteram naturam vertitur. *n. 1064
*n. 1041, 1070, 1076
*n. 975

1067 *Tum etiam* quia habitus, **aut*** sunt talis naturæ quod acquiruntur unico* actu quoad speciem et substantiam, postea autem crescunt et perficiuntur quantum ad statum et modum firmitatis ex parte subjecti, sicut habitus scientiæ, **vel*** acquiruntur solum in ratione dispositionis quantum ad substantiam, quia nunquam* ex ipsa ratione objecti et specifica ratione firmitatem habituales habent, sed solum per plures actus illa dispositio acquirit firmitatem quamdam accidentalem ex parte status et modi, scilicet quoad permanentiam et durationem* ex parte subjecti, sicut opinio et habitus vitiosus, **vel*** tandem acquiruntur primo in ratione dispositionis seu qualitatis, facile mobilis quoad substantiam, deinde vero gignitur habitus qui in sua substantia et specie habitus sit et firmitatem habeat, sicut habitus virtutis*. *n. 1068
*n. 993, 1007 sq.
*n. 1069
*n. 993, 1005 sq.
*n. 359
*n. 1071
*n. 992, 1000 sq.

1068 **Si primo* modo** se habeat generatio habitus, clarum est quod per priores actus producitur aliquid positivum, quod non est dispositio, sed ipsa substantia habitus scientiæ, et ita ibi non est inquirendum quid producat per priores actus, producitur enim ipse habitus quoad substantiam, et postmodum accidentaliter perficitur quoad statum et modum habitus ex parte subjecti, ut supra* diximus.

*n. 1067, 1094

*n. 989,
1009 sq.

1069 IX. — **Si secundo* modo** fiat, etiam non est difficultas quid producat per priores actus: producitur enim idem* quoad entitatem quod per sequentes, scilicet dispositio. Cum enim ille habitus, qui per plures actus tandem producitur, non sit habitus quoad substantiam et speciem, sed solum quoad modum, idem* est entitative quod producitur per priores actus et per sequentes, scilicet dispositio, et non solum per sequentes fit habitus quoad modum seu quoad statum, quæ est firmitas accidentaliter et ex parte subjecti, non specifica et essentialis ex parte objecti*.

*n. 1067,
1095

*n. 1044 sq.

*n. 1021

*n. 972 sq.

1070 Nec de his* duobus modis loquitur D. Thomas in auctoritatibus allegatis*. Nec dici potest quod in istis dispositionibus, quæ postmodum habitalem statum accipiunt, nihil* producat per priores actus, siquidem actus illi vim habent ad assuescendum paulatim et determinandum subjectum ad acquirendum firmitatem habitus, qui ex pluribus actibus fit; ergo quilibet eorum vim habet ad relinquendum subjectum dispositum saltem imperfecto* modo; et cum non fit alia dispositio quoad entitatem et substantiam quam illa, quæ postea per plures actus consurgit, sed solum quoad firmitatem accidentalem, illamet quoad speciem, licet cum modo magis imperfecto, generabitur per priores actus.

*n. 1068 sq.

*n. 1057 sq.,
1065

*n. 1049

*n. 1066

1071 X. — **Si autem tertio* modo** fiat, dicimus quod tunc generatur aliquid per priores actus quod nondum in specie et entitate est virtus, sed dispositio quædam ad illam et distinctæ* speciei; et de hac tantum loquitur D. Thomas locis* supra allegatis, quia solum loquitur de generatione virtutis acquisitæ*, ut patet legentibus.

*n. 1067,
1096*n. 1085,
1105, 1110
*n. 1057 sq.,
1065
*n. 1042

1072 Et hoc ideo, quia priores actus conducunt ad acquisitionem virtutis moralis, quia hæc per plures* actus acquiritur, ita quod ultimus actus non sufficeret virtutem inducere nisi plures actus præcessissent, et cum illi non* existant in se formaliter quando fit ultimus, oportet quod existant in virtute* seu in aliqua dispositione quam relinquunt, alias si nihil relinquunt, non poterit ultimus actus in virtute* eorum aliquid facere, quia nulla virtus ab illis relicta manet, neque ipsi in se existunt, neque voluntas ab eis manet immutata et disposita aliter quam antea si nihil realitatis aut dispositionis ex eis relinquunt. Debet ergo aliquid ab illis actibus relinqui, quorum virtute habitus producat et voluntas disposita maneat ut per ultimum actum introduci queat.

*n. 992,
1000 sq.*n. 1065
*n. 1078

*n. 1065

⊙

1073 XI. — **Quod vero ista dispositio** relicta per priores actus non* sit in entitate et substantia seu in specie habitus virtutis, licet habeat idem objectum, scilicet bonum rationis in tali materia quod ex sua essentiali et specifica ratione firmum est et habitum petit, **inde provenit**, quia in objecto voluntatis, quod est bonum, firmitas et immobilitas non* consistit in hoc quod superet et necessitet voluntatem, sicut verum quando est evidens necessitat intellectum: hoc enim non potest facere

*n. 1054-1056

*n. 1036 sq.

bonum, quia indifferenter* proponitur, et respectu potentiae liberæ, quæ non potest adæquari a bono nisi sit pure et infinite* bonum, ita quod non sit capax ut indifferenter proponatur et cum aliqua disconvenientia.

*n. 1000,
1035

*n. 1042

1074 Quare reliqua bona præter summum bonum, licet sint firma et stabilia ex se et quantum est ex parte sua connaturalia* voluntati quatenus spiritualia et rationi conformia, tamen ob ipsam libertatem et indifferentiam* libertatis et limitationem talium bonorum non* possunt in ipsa voluntate determinationem imprimere quousque ipsa voluntas modo suo libero eis velit connaturalizari* et voluntarie subjici, sine qua conditione firmitas ipsa objecti et boni rationis non determinat nec superat voluntatem.

*n. 1038

*n. 300, 1080

*n. 1038

*n. 1039

1075 XII. — Ad hoc autem ut voluntas se connaturalizet* isti bono, non sufficit unicus actus regulariter* loquendo, sed requiruntur plures, quia indifferentia illa voluntatis, non solum quoad exercitium faciendi vel non faciendi hic et nunc (hæc enim libertas nunquam vincitur), sed etiam in actu primo ut sit disposita et magis connaturalizata et inclinata ad unum quam ad aliud, est valde difficilis propter ipsam libertatem qua vult frui voluntas, et propter difficultatem ipsius boni rationis in se, et propter resistentiam* appetitus et aliarum allicientiam in contrarium.

*n. 1039

*n. 1042

*n. 987, 1030

1076 Unde non statim potest sic disponi voluntas et sic vinci seu voluntarie* subjici illi bono ut possit ex firmitate intrinseca ipsius boni in se voluntas firmiter disponi per habitum, sed prius modice et paulatim* assuefit per dispositionem minus perfectam, et quasi per extrinseca* motiva (quæ de se non sunt ita firma)

*n. 1074

*n. 1041,
1082*n. 1005,
1041

attractur et allicitur* ad virtutem, et sic assuefacta imperfecte* saltem voluntate ab ipsa bonitate objecti quæ firma est, deinceps allicitur, et sic firma redditur voluntas habitu essentialiter firmo et ex vi bonitatis objecti, ut statim magis explicabitur.

*n. 1041

*n. 1066,
1070

⊙

1077 XIII. — Ex quibus colliges imperfectam* istam dispositionem quæ generatur per priores actus, et illum perfectum habitum qui generatur per ultimum, non distingui sicut diversos gradus* remissos et intensos in eadem qualitate, ut putavit* Vazquez, sed sicut minorem aut majorem connaturalitatem et determinationem subjecti erga illam formam.

*n. 1041,
1070

*n. 897

*n. 1054

1078 Hoc deducitur ex eo quia minor gradus nunquam est talis quod in vi illius possit intensior introduci, cum a proportione minoris inæqualitatis non fiat actio. At ultimus actus efficit habitum in virtute* præcedentium, et sic aliquid conferre debent et conducere priores actus ut posterior habitum producat. Si enim posterior et ultimus actus ita intensus est sicut postulat habitus, non est opus priores præcessisse, sed in sola vi sua producet habitum. Si autem remissus est sicut priores actus, quomodo nec in vi propria nec in vi aliarum producet intensiorem gradum et habitum, cum tam ipse quam præcedentes inferioris activitatis sint sicut et inferioris gradus?

*n. 1065,
1072

1079 XIV. — Quare tantum abest quod quilibet actus dicatur* disponere potentiam ratione minoris gradus, quantum abest modus assuefaciendi a modo intendenti qualitatem.

*n. 1054,
1083, 1097

1080 Nam consuetudo ea ratione reddit aliquid firmum et permanens, quia connaturalizat* aliquam formam

*n. 1039 sq.,
1074 sq.

subjecto. Consuetudo enim est quasi altera natura, in hoc quia subjectum aliquod indifferenter* se habens ad aliquam formam vel actum determinat et conveniens illi facit; proprium autem naturæ est determinationem habere ad unum et determinate ferri in id quod naturale opus est. Huic naturalitati seu determinationi assimilatur consuetudo.

1081 Intensio autem non respicit hoc, sed perfectius* formam aliquam introducere in subjecto et perfectiorem eam reddere ex majori victoria* ejus super subjectum, quod longe differt a propria ratione consuetudinis seu firmitatis ex consuetudine provenientis.

1082 Et sic dicendum est quod priores actus in tantum dicuntur relinquere dispositionem in subjecto, in quantum aliquid determinationis in actu primo* relinquunt, quo paulatim* subjectum in ea actione redigatur ad modum* operandi naturæ, et se connaturalizat illi ut quasi tantum illud operetur quod paulatim introducit in subjecto indifferenti* et potentialiter se habente ad diversa, quousque perfecte connaturalizetur alicui actioni, et ideo in illam determinato modo inclinetur.

○

1083 XV. — Si ergo hæc introductio habitus per plures actus non* fit per introductionem diversi gradus ejusdem habitus, sed per quamdam connaturalitatem*, qua subjectum erga talem actionem determinatius se habeat exuendo indifferenciam et potentialitatem seu difficultatem quam habet in actu primo ad illam, recte intelligitur quomodo* disponatur paulatim potentia, ita ut in virtute* talis dispositionis possit ultimus actus, licet

sit æqualis* cum præcedenti, introducere firmum habitum, quia licet sit æqualis in virtute, subjectum tamen est minus resistens et magis dispositum; et secundo*, quomodo fit diversa illa dispositio per priores actus introducta ab habitu ultimate acquisito.

1084 Primum* enim ex eo provenit, quia licet ipsa dispositio vires non præbeat effectivas ultimo actui ut validius operetur, adimit tamen resistantiam passo, tollitque difficultatem ut actus ultimus sublata obsistentia possit introducere quod alii non potuerunt: sicut qui prosternit hostem, etiam infirmo et imbelli, locum dat irrumpendi in castra, et gutta molliendo* lapidem relinquit illum dispositum ut ultima gutta, licet non sit fortior præcedentibus, possit tamen mollificatum lapidem cavare.

1085 XVI. — Secundum* vero inde explicatur, quia dispositio illa prioribus actibus introducta, licet emolliat aliquantulum frangatque potentia indifferenciam, non tamen penitus connaturalizat* et determinat sicut habitus dando perfectam inclinationem in actu, aliquando* quidem, quia ex diverso modo procedit quam ipse habitus virtutis, et tunc manifesta est differentia inter dispositionem illam et habitum, quia illa procedit ex debiliore motivo, ista ex fortiori, sicque differunt specificè*, ut quando, verbi gratia, aliquis incipit inclinari ad virtutem, vel metu pœnarum, vel ex stimulo honoris, aut alio* temporali respectu, deinde vero ipsa virtutis pulchritudine aut Dei amore incitatus firmo motivo ipsi adhæret, sicut plerumque incipientes timore ducuntur et horrore peccatorum ad amplectendam virtutem, deinde proficientes et perfecti foras¹ mittunt

¹ Cf. I Joan. 4, 18.

timorem, et plene firmantur ex ipso bono divino et bono virtutis in se.

- 1086 *Aliquando* vero* dispositio prioribus actibus introducta non innititur diverso* motivo ex parte objecti quam habitus, sed eidem debiliori modo proposito, *aut quia* non omnino penetrantur rationes probabiles, quando primo incipit opinio persuaderi, sicut postea* multiplicatis assuefactisque rationibus ut generetur habitus ille opinionis; *aut quia* ipsum bonum virtutis in aliqua materia adhuc cum difficultatibus proponitur, et non ita convenienter ut plene alliciat, quod est idem ac non proponi bonum virtutis adæquate et simpliciter ut possit in se firmare voluntatem; *aut quia* voluntas diversis impedimentis et contrariis dispositionibus et mollitie ipsa impeditur aggredi viam boni ardui et honesti, oportetque illa paulatim tolli et aliis atque aliis motivis urgeri et stimulari* ut ipsa virtutis facies et pulchritudo ad plenum* moveat.
- *n. 1085
*n. 1092
*n. 1045 sq.
*n. 1041
*n. 1112

* * *

- 1087 **XVII. — CONTRA HANC* TAMEN SENTENTIAM** objici potest.
- *n. 1064 sqq.

⊙

- 1088 **Primo**, in favorem sententiæ Medinae*, ad probandum non requiri quod aliqua dispositio relinquatur in potentia ad generandum habitum, sed sufficit actus ipsos extitisse. Nam materia prima in instanti* generationis denudatur* ab omni dispositione, quia juxta D. Thomæ sententiam¹ fit resolutio usque ad materiam
- *n. 1062,
1098 sq.
*n. 1100
*n. 1099

¹ Cf. *De Gen. et Corrupt.*, Lib. I, lect. 10, n. 9; *De Pol.*, q. 3, a. 3 ad 4.

primam, ita quod nullum in ea relinquitur accidens cum forma substantialis introducitur, et tamen materia sufficienter manet determinata solum quia præcesserunt dispositiones ad talem determinatam formam in illa; ergo similiter* potentia potest manere determinata in ordine ad talem habitum sine hoc quod actu relinquatur in ea aliqua dispositio, sed solum quia actus aliqui præcesserunt, qui eam determinarunt.

*n. 1101

⊙

- 1089 **XVIII. — Secundo**, in favorem sententiæ Suarez* et Vazquez*, quia illa dispositio adveniente habitu non remanet*, cum subjectum sit jam habituatam et firmum, non sola dispositione imperfecta affectum, et sic illa dispositio jam superfluit in subjecto, et tamen si est distincta ab ipso habitu non* potest assignari a quo corrumpatur; ergo non datur talis dispositio distincta* ab habitu.
- *n. 1055 sq.
*n. 1054
*n. 1102
*n. 1091,
1092, 1108
*n. 1071

- 1090 Minor probatur: *tum quia** sæpe D. Thomas affirmat¹ perfici per secundum actum id quod productum est per primum, quod autem perficit non corrumpit, ergo habitus non corrumpit illam dispositionem; *tum* quia* non est contrarius habitus ipsi dispositioni, siquidem ad idem inclinatur, ergo non destruit suam dispositionem in materia, nec quando cavatur* lapis destruitur mollitudo ejus, ergo habitus non potest destruere dispositionem.
- *n. 1103
*n. 1105
*n. 1065,
1084

- 1091 *Quod si dicatur* destrui* quia est superflua, *contra est*, quia pari ratione dicitur quod ultima est superflua,
- *n. 1089,
1108

¹ Cf. *De Virt. in Communi*, a. 9 ad 11; *Iam-IIæ*, q. 24, a. 6 ad 2.

et ideo non ponenda tamquam distincta* a priori, sed potius una et eadem est quæ variis statibus et modis crescit, non diversis entitatibus una aliam excludit. *n. 1071

- 1092 XIX. — **Confirmatur***, quia vel istæ dispositiones sunt ejusdem speciei, vel distinctæ. — *Si ejusdem**, non contrariantur, nec una proprie disponit ad aliam, cum sint individua ejusdem speciei, nec possunt esse duo seu plura in eodem subjecto, sed potius omnia illa unum fient. — *Si autem sunt diversæ* speciei*, unaquæque dabit suum distinctum effectum in subjecto, et cum alias non contrarientur, non* est ratio quod una aliam corrumpat. *n. 1109
*n. 1086
*n. 1085
*n. 1089

⊙

- 1093 XX. — **Tertio* arguitur:** Quia nullum est signum distinctæ* speciei inter istas qualitates, siquidem utraque est permanens, utraque inclinatur ad similes actus ex eodem motivo, et quod actus sint magis vel minus perfecti est accidentaliter differentia. Ergo non est cur ponamus distinctam specie* qualitatem seu dispositionem produci per priores actus quam per sequentes. *n. 1110
*n. 1085,
1103
*n. 1071, 1085

- 1094 Et quidem in productione habitus scientifici, qui unico* actu quantum ad substantiam producitur, nos fatemur* idem esse habitum prioribus actibus et ultimo actu productum. *n. 993,
1007 sq.
*n. 1068

- 1095 Similiter* in opinione et vitio, quia id quod ultimo actu producitur in substantia non est diversum a primo, sed semper manet dispositio, non generatur aliud in substantia per ultimum actum quam per primum. *n. 1069

- 1096 In habitu autem virtutis* non potest etiam diversa dispositio quoad substantiam generari priori actu quam ultimo, quia omnes procedunt ex eodem* motivo, nempe ex bono honesto et conformi rationi, et ad actus ejusdem speciei inclinant; ergo tam firmus est quoad substantiam et ejusdem speciei prima dispositio sicut ultima. *n. 1071 sq.
*n. 1110 sq.

- 1097 XXI. — **Confirmatur***, quia ista firmitas ultimæ qualitatis vel infirmitas primæ non sumitur ex diversitate objecti et motivi formalis, cum ad idem objectum et motivum utraque inclinet, ergo sumitur ex diversa firmitate, radicatione seu participatione ex parte subjecti; quæ non est aliud quam diversus gradus* et intensio*, nec explicari potest quid aliud sit. *n. 1113
*n. 1054,
1079
*n. 165,
391 sq.

★ ★

- 1098 XXII. — **Ad primum***, *respondetur* negando consequentiam. *n. 1088

- 1099 Et redditur disparitas, quia materia prima licet denudetur* accidentibus antecedentibus quæ erant in corrupto, in eodem tamen instanti reali subjicitur aliis accidentibus similibus et ejusdem rationis provenientibus a forma genita, quæ habent rationem ultimæ dispositionis, quatenus continuantur ad priores illasque terminant et perficiunt: ultima siquidem dispositio semper est conjuncta et annexa formæ generatæ, et separata atque impossibilis formæ corruptæ. Quare semper verificatur quod materia determinata manet in re per aliquam dispositionem realem in ea inventam, modo sub forma corrupta, modo sub genita. *n. 1088

1100 Si autem consideretur pro illo instanti* naturæ, quo intelligitur ut exuta antecedentibus dispositionibus et tendere ad novam formam, dico quod cum illud instans non sit instans existentiae sed intelligentiae, tunc intelligitur determinari materiam non per accidentia in se existentia, sed per tendentiam illam ad novam formam ex subordinatione ad terminatum agens cujus actione ducitur ad novam formam quæ illi unitur, et illa subordinatio et ordo determinatio est quasi in fieri* et in ipso tendere pro instanti illo naturæ.

*n. 1088

1101 At vero* cum potentia disponitur per priores actus ad habitum, si prioribus actibus nihil* producitur, maneret illa potentia in re et secundum instantia realia indeterminata, quia nullo reali superaddito* determinaretur; et sic esset perinde ac si materia prima nullis accidentibus et dispositionibus antecedentibus afficeretur, dum est sub forma corrumpenda ad exuendam illam, quod nullatenus stare potest, nec verificaretur tunc materiam disponi et determinari.

*n. 1088

*n. 1049,
1062

*n. 222

○

1102 XXIII. — **Ad secundum***, respondetur concedendo non manere illam dispositionem imperfectam adveniente habitu, quia illa dispositio solum est quasi formavialis* et tendens ad acquisitionem habitus, quo acquisito cessat et tollitur, sicut cessat¹ et desinit forma embryonis posita et acquisita forma hominis, et desinit status adolescentiæ acquisita juventute*.

*n. 1089

*n. 1103

*n. 1108

1103 *Ad primam* probationem minoris*, respondetur quod D. Thomas dicit perfici per secundum actum quod ac-

*n. 1090

¹ Cf. Iam, q. 118, a. 2 ad 2.

quisitum est per primum, distinguo: perfectione ejusdem* formæ et rationis, *nego*; perfectione diversæ formæ, quia scilicet prima est via* et tendentia ad talem formam, *transeat*.

*n. 1093

*n. 1102

1104 Est autem doctrina D. Thomæ (IIIa, q. 9, a. 3 ad 2) quod quando dispositio se habet ad perfectionem ut via* ad terminum, et non ut effectus a perfectione procedens, non manet talis dispositio adveniente illa perfectione, sicut non manet imperfectio viæ et fidei adveniente visione et termino patriæ. Et sic id quod perficit alterum tamquam subjectum perfectionis seu tamquam perfectibile, non destruit illud perficiendo, sicut qualitas non* destruitur intensione. Quod autem perficit aliud non ut subjectum, sed ut medium aut viam tendendi ad perfectionem, evacuat¹ quod imperfectum est.

*n. 1106

*n. 739 sq.

1105 XXIV. — *Ad secundam* probationem*, dicitur habitum esse contrarium dispositioni non ex parte obiecti seu actus ad quem inclinatur materialiter* considerati, sed ex parte modi aut etiam motivi quo procedit habitus et dispositio quando specie distinguuntur, ut in generatione virtutis acquisitæ, sicut supra* dictum est.

*n. 1090

*n. 1107

*n. 1085

1106 Quæ diversitas* seu contrarietas consistit in hoc quod una est via*, altera terminus, una facile mobilis, non firma, non constans, non convincens ac determinans voluntatem, alia habet totum oppositum.

*n. 1108

*n. 1104

1107 Solet etiam dispositio ad virtutem procedere ex diverso motivo atque ipsa virtus, sicut verecundia est dispositio ad temperantiam et procedit ex confusione

¹ Cf. I Cor. 13, 10.

de facto turpi præsentī, quod in homine temperato non supponitur. Sed tamen licet dispositio ad virtutem procedat ex eodem motivo virtutis, id est, ex consideratione ejusdem boni rationis, tamen quia ista inchoatio et dispositio ita imperfecte inclinatur quod de facili retrocedit, non accipit pro motivo ipsum bonum honestum plene et perfecte, quia non sufficit convincere et determinare voluntatem. Unde *moraliter** semper censetur diversum motivum ex diverso modo proponendi et apprehendendi, licet entitative et quasi physice seu *materialiter** sit idem, sed non ex eodem dictamine et regulatione, quia non ex eadem firmitate.

1108 Et quia virtus est species moralis boni, sufficit diversa* species moralitatis in dispositione et in habitu virtuoso ut dicatur una alteri posse opponi et destruere*, non quidem sicut contrarium vitii et virtutis, sed sicut viæ et termini in eodem bono honesto. Unde non solum destruit habitus dispositionem quia superflua*, sed quia impossibilis, sicut juvenus* cum pueritia, terminus cum via, homo cum embryone.

1109 XXV.— **Ad confirmationem***, *respondetur* istam dispositionem et habitum in genere virtutis (in quo solum* genere procedit difficultas de diversitate habitus a dispositione: in scientia enim et opinione aut vitio difficultas non* currit) esse diversæ speciei *moralis*, quidquid sit an physice et *materialiter** convenient in eodem motivo. Nec* tamen poterit dare utraque effectum suum, quia habent impossibilitatem isti effectus cum una determinet, quasi convincat et connaturalizet* voluntatem in actu primo, altera non: una se habet ut via*, altera ut terminus in acquirenda firmitate.



1110 XXVI.— **Ad tertium***, *respondetur* negando quod non sit signum distinctionis specificæ* inter habitum et dispositionem, quando proceditur ex diversis motivis saltem *moraliter** seu in specie morali distinctis, et una se habet ut via* ad alterum ex sua essentiali ratione, sicut embryo distinguitur ab homine ut species imperfecta et vialis a perfecta, licet etiam reductive ad perfectam possit pertinere et reduci.

1111 Et sic licet dispositio sit qualitas permanens et inclinet ad similes actus, non tamen sub eodem motivo moraliter sumpto, nec in eadem perfectione.

1112 *Et dicimus moraliter* sumpto, aut quia* aliquando ducitur aliquis ad virtutem non* amore ipsius, sed timore, aut ex horrore peccati, aut alio simili motivo; *vel quia* licet ex amore honesti feratur, non tamen sub omni circumstantia et plenitudine* quæ conducere potest ut firmiter ei connaturalizetur* et determinetur voluntas. In habitu autem scientiæ, opinionis et vitii fatemur* non generari diversam dispositionem in specie per priores actus et per ultimum.

1113 XXVII.— **Ad confirmationem***, *respondetur* ex dictis quomodo non sumatur diversa illa firmitas ex sola diversa radicatione aut permanentia in subjecto, quia hoc pertinet ad statum* modumque accidentalem, sed ad diversitatem ex parte motivi formaliter* et *moraliter* diversi, licet materialiter* ad idem bonum inclinet tam dispositio quam habitus virtutis, ut declaratum est.



1114 XXVIII. — **TERTIO INQUIRI POTEST** in præ-
senti, an in nobis detur aliquis habitus congenitus* a
natura, id est, non propriis actibus acquisitus, sed ipsa
naturæ generatione simul effectus. *n. 1028

1115 Quod solum potest esse dubium propter habitus
primorum principiorum, tam in parte intellectus specu-
lativa quam practica, qui videntur a natura et ab ipso
generationis primordio haberi, et aliqui* ita sentiunt. *n. 327

1116 Sed de hoc commodius disputabitur infra¹ agendo
de distinctione virtutum.



1117 XXIX. — **QUARTO INQUIRI POTEST**, an sint
aliqui habitus infusi a Deo in nobis, quales sunt vir-
tutes supernaturales et theologicæ, et dona Spiritus
Sancti, de quibus infra² agemus.

1118 Sed hos habitus dari est concors theologorum sen-
tentia, et Scripturæ ipsi atque Conciliorum definitio-
nibus valde conformis, præsertimque id apparet in
justificatione parvulorum, in quibus gratia quæ in-
funditur et donum quo intrinsece* et per inhærentem
justitiam justificantur non potest esse gratia actualis,
sed habitualis, et cum ea omnes virtutes quæ gratiam
concomitantur simul infusæ esse debent. *n. 6-7

¹ *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 57, disp. 16, a. 1, n. 11-33.

² *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 63, a. 3, disp. 16, a. 7.

1119 Sed de hoc controversia non est; quali vero cer-
titudine tenendum sit hos habitus infusos dari, agemus¹.



**QUÆRITUR QUINTO CIRCA DIMINUTIONEM
ET CORRUPTIONEM HABITUS, QUOT MODIS
HABITUS CORRUMPATUR.**

1120 I. — **RESPONDETUR** D. Thomam (Ia-IIæ, q. 53,
a. 1) assignare duplicem causam corruptionis habituum
in generali.

1121 Primo per se, secundo per accidens; **per se*** cor-
rumpitur a suo contrario, **per accidens*** ex desitione
causæ a qua dependet; qui modus rursus potest in
varios modos dividi juxta absentiam diversarum cau-
sarum a quibus ejus conservatio dependet, verbi gratia,
ex defectu subjecti* cui inhæret, aut ex defectu causæ
effectivæ conservantis*, aut ex defectu dispositionum
quibus impedimenta repellebantur* et contrariæ dis-
positiones, quæ non repulsæ tollunt habitum. *n. 1123 sq.
*n. 1141 sq.
*n. 1145 sq.
*n. 1162 sq.
*n. 1164 sq.

1122 Circa singulas causas aliqua se offerunt explicanda.

* * *

1123 II. — **ET IN PRIMIS***, circa corruptionem ha-
bituum per suum contrarium, est notandum quod ha-
bitui contrariatur formaliter* habitus oppositus, actus
autem oppositus non nisi effective*, quatenus mediante
actu generatur habitus aut consequitur ex actu impe-
*n. 1121,
1141
*n. 1128
*n. 1127,
1134, 1139

¹ *Curs. Theol.*, In Iam-IIæ, q. 110, disp. 22, a. 2; In Iam-IIæ, q. 113,
disp. 27, a. 1.

dimentum aliquod cum quo non stat habitus ille, sicut in habitibus infusis*. — Ita D. Thomas (IIa-IIæ, q. 24, a. 12). *n. 1129

★ ★

1124 Aliqui tenent quod etiam actus formaliter opponitur habitui opposito illumque destruit.

1125 Sed falso, quia *vel** unus actus sufficit tollere habitum oppositum, *vel non** sufficit, sed requiruntur plures. *n. 1126
*n. 1127

1126 *Si unus sufficit**, ergo pari ratione sufficet generare habitum, non enim minoris virtutis et efficaciam est destruere unum habitum (qui de se est qualitas firma, et præsertim si multa consuetudine actuum sit radicalis et firmatus et multa intensione auctus) quam generare habitum suum. At non* generatur habitus nisi multis actibus et consuetudine; ergo neque destruitur nisi per plures actus, præsertim loquendo de habitibus quoad statum et modum* firmitatis. *n. 1125
*n. 991 sq.
*n. 972 sq.

1127 III. — *Si autem non* sufficit unus actus* formaliter expellere habitum, sed requiruntur plures, ergo posito primo actu adhuc cum illo stat habitus, siquidem ille non sufficit expellere; ergo formaliter non contrariatur illi, sed effective*, quatenus per plures actus fit dispositio aliqua seu habitus permanens eradicans oppositum. Plures siquidem actus cum non* sint simul actualiter et formaliter, quia unus post alium fit, oportet quod sint virtualiter ut expellatur habitus ab ultimo in virtute* præcedentium. Et hoc stare non potest nisi tales actus aliquam qualitatem relinquunt in cuius virtute contineantur, et per id quod generant expellant oppositum habitum. *n. 1125
*n. 1123
*n. 1065
*n. 1065

1128 Et hoc ipsa ratio petit, quia contraria debent esse sub eodem genere, non sub disparato*. Habitus autem et habitus sub eodem genere sunt, non* actus et habitus. Et si ab ipsa experientia argumentum conficere licet, videmus quod in lapide gravitas, quæ est quasi habitualis inclinatio, non* destruitur per impulsum qui est actus oppositus ascendendi sursum; et qui vitiosos habitus habet, etsi unum actum virtutis efficiat, non* continuo habitum vitiosum expellit, sentitque inclinationem illam semper sibi esse difficilem et in actus vitiosos impellere. *n. 1188
*n. 1123
*n. 1138
*n. 1001, 1003, 1137

⊙

1129 IV. — Cæterum in habitibus infusis*, verum est posse unico* actu destrui peccati mortalis, et fides, charitas atque gratia unico actu infidelitatis, atque spes unico actu desperationis. *n. 1123
*n. 818, 1163

1130 Sed hoc non est ex directa contrarietate actus cum illo habitu, sed quia per actum peccati mortalis impedit* homo unionem amicitiam cum Deo, quia avertitur ab illo, et sic impedit* influentiam et communicationem amicabilem, quæ consistit in infusione et continuatione istorum donorum, sicut interposito corpore opaco impeditur influentia luminis quæ est a sole. *n. 1123
*n. 1163

1131 Et similiter, qui discredet Deo dicenti per Ecclesiam suam, non solum impedit unionem amicabilem cum Deo, qualis requiritur ad influentiam charitatis, sed etiam impedit subjectionem ad divinam auctoritatem dicentem et loquentem nobis per instrumentum Ecclesiam. Et sic illa pertinacia, qua non vult subijci

locutioni Dei, est habituale impedimentum ad influentiam habitus fidei. Et idem¹ est de desperatione in spe.

1132 Quæ omnia suis locis tractabuntur, scilicet in tractatu de fide, spe et charitate.

1133 Interim videatur tota hæc nostra doctrina, tam de habitibus acquisitis, qui uno actu contrario non* tolluntur, quam de habitu infuso, qui uno actu tollitur*, ex D. Thoma (IIa-IIæ, q. 24, a. 12 corp., et ad 5).

*n. 1123 sq.

*n. 1129 sq.

* *

1134 V. — Unde solvitur difficultas* et fundamentum oppositum, quia videlicet si actus potest esse simul cum habitu opposito, quia formaliter non* contrariatur illi, pari* ratione unus habitus poterit esse cum habitu opposito, ut scientia cum errore, vitium cum* virtute, quod absurdum videtur.

*n. 1136

*n. 1123

*n. 1135

*n. 1137

1135 Et sequela probatur, quia isti habitus paulatim* per assuetudinem generantur; ergo si invenit habitum oppositum, nimis assuetudine vel intensione firmatum, prius aliquid de habitu generabitur quam oppositum expellat, sicut cum calor intensus expellitur, aliquid frigoris in subjecto relinquitur, qui simul est in gradu remisso cum illo calore.

*n.1065,1076

○

1136 Sed respondetur* hoc nullum esse inconveniens quod habitus vitii et virtutis entitative et physice possint esse simul* in gradibus remissis, sicut reliquæ

*n. 1134

*n. 820, 1155

¹ Cf. Joan. a S. Thoma, *Curs. Theol.*, In IIam-IIæ, *De Spe*, disp. 4, a. 2, n. 14.

formæ physice contrariæ, ut calor et frigus, albedo et nigredo. Eadem enim prorsus ratio est de istis habitibus physice consideratis, quia non habent aliam contrarietatem physicam quam alia contraria physica.

1137 Cæterum moraliter* seu quoad denominationem moralem non ita est, nec enim simul denominatur quis superbus et humilis, castus et intemperatus, licet habitus virtutis sit remissus et habitus vitiosus qui præcesserat non sit entitative expulsus, quia in istis denominatione moralis virtuosi aut vitiosi non sumitur ex habitu entitative considerato, sed ex fine in quem homo convertitur, ille enim dat denominationem moralem simpliciter, quia dominatur et dirigit actiones hominis. Unde homo valde vitiosus, si convertitur ad virtutem etsi remisse, non dicitur peccator nec vitiosus, sed frugi et bonus, quia licet non* expulerit physice habitum vitii, moraliter tamen expellit subjectionem ad finem illius, unde sumitur moralis denominatio in vitii et virtutibus.

*n. 820, 1149

*n. 1128,
1134

1138 VI. — Nec tamen ex hoc inferri potest quod etiam duo actus contrarii in gradibus remissis simul compati possunt, quia actus non opponuntur solum ut formæ, sed ut motus. Non potest autem idem simul moveri duplici motu contrario, licet possit simul habere motum in unam partem et inclinationem in oppositam, sicut non potest lapis simul moveri sursum et deorsum, potest* tamen simul moveri sursum et habere gravitatem inclinantem deorsum.

*n. 1128

○

1139 VII. — Quomodo autem possit actus producendo habitum suum effective* etiam effective attingere et

*n. 389, 1123,
1127

destruere oppositum, *difficultas est communis* omni actioni corruptivæ, quomodo videlicet actio seu generatio attingens formam effective etiam attingat formam corruptam effective. — De quo egimus in libris *De Generatione*¹.

- 1140 *Et veritas est* quod generatio ita attingit formam genitam effective quod non indiget nova efficientia ad destruendam formam corruptam, sed eadem efficientia dat esse formæ genitæ, quæ cum sit impossibilis formæ corruptæ, ex consequenti illam destruit, non efficientia nova, sed connexionione impossibilitatis inevitabili.

* * *

- 1141 VIII. — **SECUNDO***, circa corruptionem habitus per accidens, notandum est triplicem assignari. *n. 1121, 1123
- 1142 **Primo***, ex defectu subjecti, destructo enim subjecto desinunt accidentia in eo sustentata. *n. 1121, 1145 sq.
- 1143 **Secundo***, ex defectu causæ conservantis, sicut sublata influenza Dei destruuntur habitus infusi. *n. 1121, 1162 sq.
- 1144 **Tertio***, ex defectu exercitii et per puram oblivionem, quatenus exercitio deficiente, datur locus contrariis ad corrumpendum vel diminuendum habitum. *n. 1121, 1164 sq.

* *

- 1145 IX. — **Circa primum***, est certum, corrupto subjecto in quo subjectantur habitus ita quod desinat esse, habitus ejus destrui, imo et potentias et omnia

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., III P., q. 2, a. 2, II (Reiser), p. 603-608.

accidentia, ut habitus qui sunt in corpore aut corporalibus potentiis desinente corpore seu amittente vitam (tunc enim desinit corpus in quantum vivum et sensitivum) desinunt tales habitus. Et si Deus annihilaret animam vel angelum, omnes habitus sive acquisiti sive infusi desinerent esse. Sed quia de facto nulla creatura annihilatur¹ a Deo, certum est etiam quod ex totali desitione talis subjecti non corrumpitur.

⊙

- 1146 X. — **Aliud autem est controversum** in hac parte, scilicet an etiam sine destructione subjecti totali et quantum ad esse et substantiam quæ est corruptio, sed ex sola destructione et corruptione *accidentali* quoad alterationem possit destrui habitus, ut in corpore dispositio sanitatis et pulchritudinis, in appetitu sensitivo* virtutes et vitia, in imaginativa species quæ servantur in memoria, aut si qui alii habitus in potentiis apprehensivis sunt; ac denique, si propter conjunctionem animæ ad corpus possit ex separatione a corpore aut ex nimia alteratione corporis, amitti habitus qui est in intellectu et voluntate. *n. 1149
- 1147 XI. — **Breviter ad hæc* respondemus** quod attingit ad habitus pure corporales et qui non acquiruntur ex motione et dependentia voluntatis qualis est sanitas aut pulchritudo in corpore, aut species vel habitus virtutum apprehensivarum*, posse corrumpi aut minui ex nimia alteratione corporali et qualitatibus physicarum. *n. 1146

- 1148 *Ratio est*, quia illi habitus qui sunt in corpore, ut pulchritudo et sanitas, dependent in conservari et fieri ex temperamento primarum qualitatibus, et dispo-

¹ Cf. Iam, q. 65, a. 1 ad 1; q. 104, a. 4.

sitio organica* in potentiis apprehensivis etiam dependet ex commensuratione istarum qualitatum, ita ut illis notabiliter alteratis facultas lædatur aut etiam destruat, sicut destrui potest visus ex læsione organi et destructione dispositionis ejus. Destructa autem facultate interiori aut impedita, habitus quoque aut destruitur aut impeditur, et tandem potest dissolvi, præsertim si habitus ipse ex compositione et dispositione specierum consurgit et cum illis inhæret, tunc enim amissis speciebus ob nimiam humiditatem vel siccitatem, destruentur et habitus ab eis pendentes. *n. 1157

1149 XII. — At vero habitus qui non sunt pure corporales aut physici, sed etiam morales*, sicut qui existunt in appetitu sensitivo* ex moderatione passionum libere facta et secundum rationem, quatenus appetitus a ratione et voluntate movetur, tales habitus non* possunt ex sola alteratione physica perdi, nisi alteratio talis sit quæ evertat iudicium et subjectionem appetitus ad rationem, tunc enim non repugnabit etiam tales habitus perdi *per accidens*, quia illud subjectum jam non est subjectum rationale et moralitati subditum. *n. 1137 *n. 1146 *n. 1151

1150 Et sic componimus opiniones in hac parte dissidentes.

1151 Nam Suarez tenet¹ vitia aut virtutes non* posse corrumpi ex sola alteratione physica. Absurdum est enim sola alteratione physica posse hominem reddi non virtuosum aut non vitiosum. *n. 1149

1152 E contra vero Montesinos² oppositum tenet, quia corrupta vi apprehensiva et habitu in ea existente,

¹ *Metaph.*, disp. 44, sect. 12, n. 15, *Opera Omnia*, XXVI (Vivès), p. 720.

² In *Iam-IIæ*, q. 53, disp. 34, q. 1.

non potest appetitus operari; ergo si potest apprehensiva vis ex læsione organi corporalis facta per alterationem physicam corrumpi, etiam ex consequenti virtutes in appetitu cessabunt et etiam destrui poterunt.

1153 XIII. — **Nos dicimus** quod non quælibet alteratio physica potest destruere virtutes morales, nisi* sit talis quod reddat appetitum incapacem regulationis et motionis rationis et insubjicibilem regulis ejus. Quamdiu enim appetitus moveri potest a ratione et accipere influentiam ab illa, est subjectum capax habitus moralis, ergo quantumcumque physice alteretur, non perdetur habitus ex vi corruptionis subjecti, quia semper manet subjectum capax. *n. 1149

1154 E contra vero, si ita* immutetur appetitus quod perdatur* iudicium, nec possit moveri amplius a ratione, jam non est capax moralitatis neque quoad habitum, quia non potest operari secundum rationem; ergo perdit inclinationem rationalem, et sic ex tali incapacitate perduntur habitus qui sunt quædam inclinationes ipsius potentiæ ad tales actus. Si ergo potentia sic redditur incapax ad tales actus, reddetur incapax* talium inclinationum. *n. 1158 *n. 1149 *n. 1155

○

1155 XIV. — **Dices:** Non redditur incapax* ab intrinseco et radicaliter, quia quamdiu radicatur in anima rationali est per se capax moralitatis et subjectionis ad rationem, sed solum redditur ab extrinseco*, quia iudicium amittitur; ergo non est quod statim habitus illi inhærentes ex defectu subjecti amittantur, sed poterunt ibi conservari quousque ab alia causa contraria destruantur, et hoc non erit jam ex destructione subjecti, sed *n. 1154 *n. 1157

- ex contrario*, quod tunc non apparet quale sit, quia non possunt dari habitus morales contrarii, cum potentia non operetur moraliter, habitus autem non morales contrarii non* sunt. *n. 1123
*n. 1136
- 1156 XV. — **Et confirmatur***, quia si ex destructione extrinseca iudicii destruuntur habitus in appetitu, ergo etiam ex destructione talium habituum destruuntur habitus qui sunt in voluntate, quia voluntas indirecte movetur ab appetitu et ab eo dependet in virtutibus quæ sunt circa passiones*. Destructo ergo appetitu quantum ad moralitatem et habitibus in eo existentibus, destruentur habitus in voluntate; et separata anima a corpore ubi funditus destruitur appetitus sensitivus, destruentur virtutes quæ sunt in voluntate, aut scientiæ* quæ sunt in intellectu, quod est absurdum et communiter negatur. *n. 1159
*n. 1160
*n. 1161
- 1157 XVI. — **Respondetur*** non reddi appetitum incapacem illorum habituum ab extrinseco, quasi remote et radicaliter, bene tamen quasi proxime* et formaliter, id est, *attendendo* ad ipsam radicem quæ est anima rationalis, non inde redditur incapax et irrationalis talis habitus; *attendendo autem* ad dispositionem organicam* et qualitatem qua immutatur, redditur per illam incapax intrinsece, id est, non per denominationem extrinsecam, sed per intrinsecam mutationem, ne obediat rationi. *n. 1155
*n. 1159
*n. 1148
- 1158 Et sic* sublato iudicio etiam immutatur in se appetitus et redditur quasi brutalis, et illa mala dispositio reddit incapacem appetitum omnis inclinationis moralis, quæ est habitus virtutis aut vitii. Et sic ex tali incapacitate, tamquam ex defectu subjecti, dissolvuntur illi habitus magis* quam ex habitu contrario. *n. 1154
*n. 1137

- 1159 XVII. — **Ad confirmationem***, dicitur non esse similem rationem de habitibus existentibus in voluntate et intellectu, quia hi sunt in parte spirituali, quæ neque radicaliter et remote neque formaliter et proxime* redditur incapax et improporcionata habitibus moralibus aut intellectualibus, quia in se spiritualis est, nec dependent in sui inhærentia ab aliqua extrinseca dispositione. *n. 1156
*n. 1157
- 1160 Verum est quod quantum ad usum et exercitium illarum virtutum quæ operantur circa passiones*, impediuntur illæ virtutes quæ sunt in voluntate operari, si appetitus careat subjicibilitate ad rationem et iudicio, sed hoc est ex defectu materiæ circa quam operetur illa virtus, qui defectus non destruit virtutem, sicut potest manere liberalitas in paupere, et virtus virginitatis in corrupta. *n. 1156
- 1161 Scientiæ* similiter et species intelligibiles manent in anima separata, quia spirituales sunt et non habent a quo corrumpuntur stante illo subjecto, sed tamen mutant modum in cognoscendo, quia sine dependentia a phantasmatibus existunt, de quo videri potest S. Thomas (Ia, q. 89, a. 5-6 et *In I Cor.*, cap. 13, lect. 3, super vers. 8). In anima tamen, dum est conjuncta corpori, quia non est alius modus operandi quam cum conversione ad phantasmata, impedita* phantasia, impeditur actus rationis et discursus. *n. 1156
*n. 1191
- * *
- 1162 XVIII. — **Circa secundum* modum** corruptionis habituum ex defectu causæ conservantis, *in habitibus acquisitis* non datur causa effectiva a qua pen- *n. 1143,
1121

deant in conservari, solum enim dependent in fieri ab acquisitione actuum, quibus cessantibus non cessat habitus. Et ita nisi detur causa destruens vel impossibilitans subjectum ad habitus, non destruuntur ex defectu causæ conservantis.

- 1163 *In habitibus tamen infusis* desinunt habitus ex impedimento influentiæ* ipsius causæ conservantis, sicut ex impedimento* influentiæ solis desinit lux. — De hoc tamen agemus (IIa-IIæ, q. 24, a. 12).

★ ★

- 1164 XIX. — **Circa tertium* modum** corruptionis habituum per omissionem exercitii seu per oblivionem, certum est corrumpi habitus per cessationem et oblivionem, ut experientia ipsa quotidie testatur.

- 1165 Et de scientia, dixit Aristoteles¹ quod scientia corrumpitur* in nobis per oblivionem, et per deceptionem, et per errorem contrarium.

- 1166 Et de ipsa amicitia*, dixit² quod “Multas amicitias inappellatio (id est, non communicatio) dissolvit”.

- 1167 Quæ loca citat D. Thomas (Ia-IIæ, q. 53, a. 3 *Sed Contra*).

○

- 1168 XX. — **Sed difficultas est**, an cessatio ab exercitio corrumpat per se, an per accidens ipsos habitus; et si per accidens, quomodo.

¹ *De Long. et Brev. Vitæ*, II (465 a 23).

² *Eth.*, VIII, 5 (1157 b 13).

- 1169 Aliqui existimarunt corrumpi *per se* a cessatione actuum, quia intelligunt dependere* habitus in sui conservatione ab actibus, non quidem ita quod debeat quis esse in continua operatione ut habitus conservetur, hoc enim experientiæ adversatur, sed quia dependet ab exercitio aliquo, sicut per aliquod exercitium fuit acquisitus: fovetur enim et conservatur actibus, sicut corpus conservatur cibo*, licet non semper debeat quis esse in actuali manducatione.

- 1170 Et alia exempla sunt quæ ostendunt dependere aliquos effectus a causa conservante ita quod ex defectu illius desinant, non tamen ex continuo ejus influxu pendent ita quod si in instanti non esset effectus desinant, sed dependent taliter quod diu sine tali causa conservari non possunt, ut cum etiam oculis clausis manent intra ipsos aliquæ species* vel aliqua lux, licet parvo tempore, et in lapide manet impetus projicientis* aliquo parvo* tempore, et statim desinit ex cessatione influentiæ impellentis, sic habitus desinit ex cessatione actuum quibus fovetur* et conservatur.

○

- 1171 XXI. — **Nihilominus S. Thomas** sentit (Ia-IIæ, q. 53, a. 3) quod per cessationem actus solum corrumpuntur habitus tamquam a causa *per accidens**, quia datur locus* contrariis corrumpentibus, ut possint habitum destruere, saltem indirecte.

- 1172 Et sic solum se habet cessatio actus sicut removens prohibens, quia removet detentionem seu resistantiam contrarii, tollendo actum per quem repelleretur.

- 1173 Intelligentia [sententiæ D. Thomæ] consistit in duobus. **Primum***, in exclusione illius modi conservandi, quem ponit opposita sententia; **secundum*** in explicatione hujus corruptionis per accidens*, in quantum ex cessatione actus datur locus contrariis. *n. 1174
*n. 1183
*n. 1171
- 1174 XXII.—**Primum* excluditur** ex hoc, quia causa solum duplici modo conservare potest, *aut** quia ex influxu illius dependet effectus totaliter in esse, *aut** quia dependet in subministratione materiæ vel dispositionum requisitarum ut conservetur forma, qua non conservata desinit. *n. 1173
*n. 1175 sq.
*n. 1178 sq.
- 1175 *Primo modo** adhuc dupliciter potest intelligi iste influxus causæ conservantis, quia *vel** conservat effectum permanentem, *vel** successivum, sicut est motus, et qualitatem datam per modum transeuntis, sicut motio quæ imprimitur instrumento et impulsus projecto*. *n. 1174
*n. 1176
*n. 1177
*n. 1170
- 1176 Si est influxus causæ conservantis quæ dat et influit esse formæ permanenti*, in quocumque instanti cesset influxus, cessat et effectus, quia illud esse indivisibile est, non successivum. Unde etiam si in instanti cesset influxus, cessat et ipsum esse quod ab illo dependet. *n. 1175,
1179
- 1177 Si vero esse quod dat causa conservans suo effectui est successivum*, potest quidem in absentia causæ conservantis durare, scilicet toto tempore et duratione successiva pro qua impressum est nisi de novo instauratur. Et hac ratione motus impulsivus sonus, et aliæ res successive possunt durare aliquantulum* in absentia causæ conservantis, quia esse quod ab ipso *n. 1175,
1179
*n. 1170

- accipiunt transiens et successivum est, licet etiam aliquando a suo contrario destrui possint, ut impulsus sursum a gravitatione deorsum; si vero impulsus sit etiam deorsum, detineri non potest ab ipsa gravitatione, quia illi non contrariatur nec a corpore repercutiente in contrarium, quia aliquando non datur et cessare potest impulsus antequam tangit tale corpus, et sonus ipse desinit sine hoc quod tangat corpus obsistens, ut latius contra Vazquez¹ et Montesinos² deduximus³.
- 1178 Si vero causa conservans *secundo* modo* se habeat, scilicet quod solum conservat præbendo dispositiones aut subministrando materiam ut res ipsa conservetur, talis conservatio si removeatur, detinet et corrumpitur effectus, quia remotis illis dispositionibus aut materia, datur locus* contrariis ut formam destruant per dispositiones oppositas, sicut non ministrato cibo, datur locus ut calor depascat humidum et consumat, aut ut frigus supervincat et moriatur animal. Et sic absentia talis causæ solum destruit et corrumpit per accidens tamquam removens prohibens. *n. 1174
*n. 1171
- 1179 XXIII.—**Nunc ergo ad rem deveniendo**, habitus non dependet* ab actibus tamquam ab influentibus esse *permanens** quod in se habet, sic enim in quocumque instanti cessaret influxus actuum, cessaret habitus, unde dormiente homine, habitus corrumpitur, quod est absurdum. Neque dependet ab actibus in aliquo esse transeunti et *successivo** quod recipiunt habitus, quia eorum esse successivum non est neque transiens, *n. 1169
*n. 1176
*n. 1177

¹ In Iam-IIæ, q. 53, disp. 81, cap. 3, n. 18.

² In Iam-IIæ, q. 53, disp. 34, q. 1.

³ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., I P., q. 23, a. 2, II (Reiser), p. 474-475.

sed omnino permanens et firmum, et sic non se potest habere ut impulsus aut sonus. *Relinquitur ergo quod solum possit destrui per cessationem actus tamquam per causam per accidens**, quia remoto actu impediente contrarium destructivum, datur locus ut a contrariis habitus ipse destruat. *n. 1171

1180 XXIV. — Unde patet **ad instantias contrarias** et exempla de conservatione per cibum*, aut de cessatione impulsus ex defectu causæ conservantis, quia illa exempla jam soluta* sunt. *n. 1169
*n. 1177 sq.

1181 Ad illud vero exemplum de speciebus* vel luce remanentibus etiam in absentia objectorum intra oculos, respondimus in libro *De Anima*¹, juxta D. Thomam², quod ibi non manent species ab objectis emissæ ad oculos, quæ instantanee cessant remoto objecto, sed esse species quas sensus ipse externus emittit ad sensum communem, quæ, cum multæ et vehementes sint quando imprimuntur ab aliquo excellenti sensibili et magna attentione a vidente excipiuntur, non possunt ad sensum communem simul ascendere, quia multæ sunt ob copiam spirituum ibi concurrentium. Unde parvo tempore etiam clausis oculis aut remoto objecto videntur omnia lucida aut illius coloris qui ante videbatur, occupante oculos illa multitudine spirituum cum retentione specierum quæ sursum mittebantur ad sensum communem. *n. 1170

1182 *Quod vero aliqui dicunt* formari illos colores intra oculos ex commotione vehementi oculorum, et ita objectum quod tunc videtur esse intra oculos, *contra*

¹ *Curs. Phil.*, Phil. Nat., IV P., q. 6, a. 3, III (Reiser), p. 187-189.

² *In De Somno et Vigilia*, lect. 3.

omnem philosophiam est, quia visus non potest sentire objectum supra se positum, ut patet, quia non videt ipsas palpebras quando claudunt oculos, neque earum colorem, neque aliud objectum quod supra se ponatur.

1183 XXV. — Sed tunc restat **explicare secundum***, quomodo scilicet habitus per cessationem actus et oblivionem corrumpatur, cum sæpe non occurrant contrarii actus, præsertim respectu habituum spiritualium qui sunt in intellectu et voluntate. Tunc ergo per cessationem actuum non destruentur habitus, et tamen Philosophus dicit* quod multas amicitias inappellatio dissolvit, cum amicitia sit in voluntate, et scientiam oblivio delet*, cum tamen sit intellectu. *n. 1173
*n. 1166
*n. 1165

1184 XXVI. — **Respondetur** quod longa cessatione actuum interveniente aut diuturna inappellatione*, semper occurrit aliquid contrarium, vel illi amicitiae vel illi scientiæ, non quod semper occurrat error aut odium seu inimicitia, quæ sunt contraria directe et expresse, sed occurrunt aliqua contraria saltem indirecte*, ut non curare de amico nec de ejus communicatione, aut parvi æstimare aut onerosum habere vel tædio affici circa illum, quæ omnia etiam amicitiae contraria sunt saltem indirecte et tamquam contrariæ dispositiones pro requisitis ad amicitiam; et sic licet non generetur inimicitia, generatur tamen aliquid amicitiae incompatible, ut parva cura aut æstimatio amici et similia. *n. 1166
*n. 1187,
1189 sq.

1185 Et in intellectu licet non occurrat error, occurrit tamen ex oblivione dissolutio specierum quibus componebatur discursus, sine qua compositione aut dispositione præmissarum non* stat scientia, et similiter oblivio medii ad demonstrandum loco cujus generatur alia *n. 634, 1187

dispositio specierum aut aliud medium cum quibus recta illa dispositio non compatitur. Et si hoc firmiter generetur, dissolvitur habitus scientiæ, quia hic generatur ex speciebus et præmissis debite* connexis et dispositis*.

*n. 161, 1187,
1190
*n. 643 sq.

- 1186 XXVII. — Et sic intelligo D. Thomam cum dicit (Ia-IIæ, q. 53, a. 3) quod “cum cessat homo ab usu intellectualis habitus, insurgunt imaginationes extraneæ, et quandoque ad contrarium ducentes; ita quod, nisi. . . succidantur aut comprimantur, redditur homo minus aptus ad recte judicandum, et quandoque totaliter disponitur ad contrarium”.
- 1187 Ecce quomodo non solum per errorem contrarium, sed etiam per imaginationes extraneas* et ineptitudinem ad recte judicandum (quod utique fit per hoc quod non debite* sint dispositæ species) homo disponitur ad contrarium, et diminuitur vel etiam totaliter corrumpitur habitus, ita quod non requiratur semper error aut contrarietas* directa, sufficit indirecta aut virtualis, quæ tollat dispositiones unde habitus scientiæ consurgit et sine quibus non* subsistit, et loco scientiæ, licet non generetur error, generatur tamen ineptitudo ad recte judicandum quæ etiam contrariatur scientiæ, et vel diminuit illam, vel totaliter corrumpit.
- 1188 *Quod vero destruaturscientia* per solam formam aliquam disparatam*, non potest stare, quia disparatæ notitiæ compatiuntur cum scientia, nec illi ullo modo opponuntur neque destruunt.
- 1189 XXVIII. — *Quod si demus casum* quod nihil contrarietatis etiam virtualis et indirectæ* insurgat

*n. 1186

*n. 1185

*n. 1123 sq.,
1190

*n. 1185

*n. 1128

*n. 1184,
1187

contra amicitiam vel scientiam, non destruetur habitus in tali casu etiam per longam cessationem ab actu, ut patet quando amicitia est firmissima, ut inter fratres vel cognatos, aut quæ alias multum firmata est: hæc enim etiam cessante communicatione non solvitur, et scientia valde firmata fere nunquam per cessationem corrumpitur, sed facile homo ad usum ejus redit, licet non ita expeditum se sentiat.

- 1190 Unde existimo non quoscumque habitus per cessationem actuum corrumpi, sed illi qui minus radicati sunt in subjecto et facile dant locum* contrariis. Unde et de habitibus primorum principiorum docet D. Thomas (Ia-IIæ, q. 53, a. 1) ex Philosopho¹ quod nulla deceptione aut oblivione possunt corrumpi; scientiam autem dicit posse corrumpi, vel ex propositione contraria*, vel ex indebito processu rationis quod utique pertinet ad dispositionem debitam* specierum. Et sic docet clare nostram sententiam.
- 1191 Et non negamus posse impediri usum primorum principiorum ex defectu phantasmatum* aut alio impedimento, sed non corrumpetur habitus ille per oblivionem, quia non datur forma opposita seu assensus oppositus ad prima principia, licet possit formari opposita propositio contradictoria, sed non potest ei præberi assensus, quia est contra lumen rationis.
- 1192 Prudentiam autem dixit² S. Thomas non posse oblivione corrumpi, quia licet notitiæ in singulari quæ deserviunt prudentiæ possint deficere, tamen quamdiu

*n. 1171,
1178

*n. 1187
*n. 1185

*n. 1161

¹ *Eth.*, VI, 5 (1140 b 29).

² Cf. *Iam-IIæ*, q. 53, a. 1.

non desinit rectus appetitus a quo pendet* directio ^{*n. 722}
 recta prudentiæ, non* potest oppositum prudentiæ ^{*n. 1137}
 generari. Quantumcumque enim quis ignoret quod
 hodie est feria sexta et comedat carnes, si voluntarie
 id non facit, non est imprudens¹; neque involuntaria
 carentia notitiarum prudentiam corrumpit, sed requi-
 ritur ad corruptionem prudentiæ corrupta æstimatio
 de agendis voluntaria.

○

1193 XXIX. — Quæ pertinent ad **diminutionem** habi-
 tum acquiritorum proportionaliter ad corruptionem* ^{*n. 1120 sqq.}
 eorum dicenda sunt, quia diminutio quædam corruptio
 est intensionis vel extensionis.

1194 De diminutione vero habituum infusorum, an
 fieri possit quamdiu non amittuntur sed permanent in
 subjecto, quia hoc solum posset fieri per peccatum
 veniale (nam mortale totaliter illos destruit, ut infide-
 litas* fidem), tractabitur in materia de charitate²; ^{*n. 1129}
 actus vero infusos posse diminui et remissiores habitu
 esse constat, quia non dependent a solo habitu, sed
 ab auxilio Dei et conatu potentiæ, et ista non semper
 sunt in gradu intensiori.

¹ Cf. *De Malo*, q. 16, a. 6 ad 11.

² *Curs. Theol.*, In IIam-IIæ, q. 24, disp. 10, a. 2.

INDEX BIBLICUS

GEN.		LUC.	
4, 7	: 263	17, 5	: 557, 717, 742
PS.		EPH.	
8, 8	: 241	4, 15	: 557
MAT.		PHILIP.	
22, 30	: 294	1, 9	: 557, 742
MARC.		APOC.	
12, 25	: 294	21, 17	: 294
		22, 11	: 557

INDEX ONOMASTICUS

A

AEGIDIUS (Columna), 738, 776
ALEXANDER (Aphrodiensis), 276
ALMAYNUS, 1054
ARGYROPOULOS (Joan.), 832
ARISTOTELES, 106, 107, 108, 113, 122,
127, 130, 144, 145, 157,
173, 236, 277, 278, 423,
729, 832, 975, 978,
1013, 1165, 1166, 1190
ASTUDILLO (Didacus), 738, 772
AUGUSTINUS, 424, 742

B

BANEZ (Dominic.), 299, 738

C

CAJETANUS, 301, 361, 585, 738, 773
CAPREOLUS (Joannes), 738, 772
COMMENTATOR (Averroes), 425
CONRADUS (Koellin), 738
CORPUS JURIS CANONICI, 290

D

DURANDUS (a S. Portiano),
413, 450,
735, 744,
985

F

FONSECA (Petrus), 736

G

GABRIEL (Biel), 109, 573, 985, 1054
GRANADOS (Didacus), 736
GREGORIUS (Ariminensis), 573

H

HENRICUS (Gandavinus), 985
HERVAEUS (Natalis), 738

L

LORCA (Petrus de), 570, 648, 738

M

MARTINEZ (Gregorius), 299, 422, 457,
570, 648, 738,
773, 1063
MEDINA (Michael de), 738, 1054,
1056, 1062,
1088
MOLINA (Ludovicus), 297
MONTESINOS (Ludovicus), 422, 452,
570, 647,
696, 738,
985, 1063,
1152, 1177

O

OCHAM (Gulielmus), 573

- P**
 PALÆSTINI CONC., 201
 PELAGIUS, 201
 PORPHYRIUS, 165
- R**
 RUBIO (Antonius), 736
- S**
 SALAS (Joannes), 736
 SCOTUS, 266, 412, 450, 573, 736, 746, 985
 SIMPLICIUS, 165, 276, 392, 650
 SONCINAS (Paulus), 569, 738
 SOTO (Dominic.), 738
 SUAREZ, 109, 170, 299, 354, 358, 422, 451, 567, 572, 573-576, 736, 985, 1055, 1060, 1063, 1089, 1151
- T**
 THOMAS (S.), 111, 112, 114, 142, 144, 152, 165, 168, 170, 174, 187, 203, 223, 227, 230,
- 234, 236, 244, 247, 248, 254, 255, 276, 292, 303, 304, 332, 349, 355, 356, 357, 363, 392, 395, 414, 415, 416, 417, 418, 459, 464, 466, 467, 469, 471, 526, 581, 582, 586, 587, 589, 650, 651, 659, 681, 715, 724, 729, 737, 760, 781, 812, 824, 831, 838, 839, 840, 841, 854, 858, 875, 877, 913, 940, 965, 967, 988, 1014, 1016, 1020, 1034, 1047, 1058, 1059, 1065, 1088, 1090, 1104, 1120, 1123, 1133, 1161, 1163, 1167, 1181, 1186, 1190, 1192
- V**
 VASQUEZ, 353, 450, 490, 570, 647, 736, 932, 942, 964, 986, 1011, 1054, 1056, 1089, 1177
- Z**
 ZUMEL (Franciscus), 297

INDEX ANALYTICUS

A

- ACCIDENS:** 1—ejus esse est inesse, 875, 965.
 2—unio accidentis ad subjectum est dependentia accidentis in suo esse a subjecto, 784, 801, 823.
 3—omnia accidentia dicunt aliquam convenientiam aut disconvenientiam, 141, 193.
 4—non potest mutare existentiam et inhærentiam, nisi fiat aliqua corruptio et productio, 778.
- ACTIO:** 1—impossibile est eandem rem simul esse in fieri et in facto esse in actionibus successivis, non autem in actionibus instantaneis, 905.
 2—non est necessarium quod semper entitatem producat, sed sufficit quod novum modum, 583, 869, 874.
- ACTIVITAS:** 1—fundatur in actualitate informante, 914.
 2—quomodo se habeat activitas quam superaddit habitus, 521, hæc activitas reddit potentiam habiliorem, 537 sq.
- ACTUS:** 1—principia intrinseca actuum humanorum, 3-4, 10, principia vero extrinseca, 5-7.
 2—procedit a potentia secundum universalem rationem, 487, ab habitu vero secundum specialem et determinatam rationem, 485, 488-489, diverso modo dependet a potentia habituata quam a nuda, 456.
 3—habitus etiam influit in substantiam actus, 402-548, sed quid per substantiam actus, 188, 196, 405, 499-500.
 4—actus proprie non est causa habitus, sed potentia per actus, 407, 527, quando pluribus actibus generatur habitus, quid producant aut faciant singuli actus in subjecto, 1048-1113.
 5—actus excedens habitum in intensione a majori conatu potentiæ procedit, et iste conatus unde oriatur, 529 sq., 537 sq.
 6—ad speciem actus datur habitus, dum ad individuum et ad exercitium actus non tollitur indifferentia per habitum, sed per concursum Dei, 198 sq., 350, 479, 545.
 7—actus non opponuntur solum ut formæ, sed ut motus, 1138, duo actus oppositi nequeunt esse simul, bene tamen habitus et actus oppositus aliquando, 1138, actus et habitus non sunt sub eodem genere, 1128.
 8—actus non sunt causa conservans respectu habituum, 1169 sq.

- 9—actus quantumcumque multiplicati solum effective producunt habitum. 389, quomodo possit actus producendo habitum suum effective etiam effective destruere oppositum, 1139 sq.
- 10—actus supernaturalis supponit aliquid quo proportionetur potentia ad talem actum, 288, 406, 442, 524.
- 11—actus infusi possunt esse remissiores ipso habitu, et diminui, ipso habitu non diminuto, 1194.
- 12—actus est qui determinat et distinguit, 597, 842.
- ADDITIO:** augmentum extensivum fit per additionem, 66, non autem augmentum intensivum, 67, 632 sq.
- ÆSTIMATIVA:** 1—in brutis appetitus subjacet soli imaginationi seu æstimativæ, 262.
2—in nobis est immediate movens appetitum, 263, sed ratio est superius movens, 263.
- AGGENERATIO:** est novæ partis additio, 588.
- AGGREGATIO:** est unio per accidens, 607, 622.
- ALTERATIO:** 1—ad qualitatem est, 99.
2—alteratio physica ut causa corruptionis habituum moralium, 1149 sq.
3—producit qualitatem sub aliquo tamen modo, vel remisso vel intenso, 938 sq., 956 sq.
4—motus alterationis distinguitur a motu intensionis et remissionis, 164 sq., 956 sq.
- AMICITIA:** 1—est virtus, 325.
2—ex defectu communicationis dissolvitur, 1166, 1183 sq.
- ANGELUS:** 1—non est creatus in puris naturalibus, sed in gratia, 340, 346.
2—quomodo in angelis sint ponendi vel negandi habitus, 291–351, est differentia inter habitus angelorum et nostros in ordine naturali, 44–47.
3—ad cognoscendum seipsos et alia secundum modum suum non indiget specie neque habitu superaddito, 45, 273, 304, habitus in angelis sunt similes speciebus simplicibus et immaterialibus, 45, 304.
4—in angelis principia elevativa ad operationes supernaturales sunt habitus, 294, 313, 315, in ordine ad actus naturales et proportionatos angelus non indiget habitu, 45, 271, 273, 292, 306, 311, 313 sq., 321 sq.
5—non indiget habitu ad cognoscendum veritates quæ ex principis sunt deducibiles et in eis continentur, 306 sq., 316 sq.
6—theologia non est habitus in angelis, 316 sq.
7—in angelis non est habitus opinionis, 320 sq., bene tamen piæ affectionis in voluntate circa res naturales, 324 sq., non tamen habitus fidei naturalis, 326 sq.

- 8—in angelis possunt dari virtutes morales circa præcepta non pure naturalia, sed positiva, 301, 336 sq., istæ possunt esse acquisitæ, unico tamen actu, 346 sq.
- 9—directe et per se primo angelus peccare non potest contra id quod est juris naturalis, 339, 350.
- 10—circa inflexibilitatem angeli, 335, 341 sq., 346 sq.
- 11—species infusæ Christi excedunt species angelorum, 312.
- 12—habitus ponuntur in voluntate angelorum cum duplici conditione, 332–351.
- ANIMA:** 1—potest considerari dupliciter, 35–37.
2—tribuit idem esse substantiale diversis partibus corporis, 936, 950 sq.
3—totum quod potentia animæ attingunt attingit etiam et anima, 497, est radix potentiarum, 497, est radicaliter operativa, 402.
4—animæ essentia, ut distincta a potentiis, est capax habitus, 35 sq., 275 sqq.
- ANNIHILATIO:** de facto nulla creatura annihilatur a Deo, 1145.
- APPETITUS:** 1—in nobis habet æstimativam pro immediato movente, sed rationem pro superiori, et sic est capax habitus proprie dicti, 263, in brutis appetitus subjacet soli imaginationi seu æstimativæ, 262.
2—cur non potest unico actu vinci, neque ad bonum, neque ad malum, 1000 sq., licet ad malum facilius inclinari potest, 1003.
3—in appetitu sensitivo quomodo generentur habitus, 1002, in hoc appetitu dantur habitus qui non sunt pure corporales, sed etiam morales, 38 sq., 263, 1149.
4—quomodo appetitus rectificatur, vide: **PRUDENTIA**, 3.
- APPLICATIO:** augmentum extensivum non fit tantummodo per extrinsecam applicationem, 590 sq., 635 sq., 665 sq., 675, 688 sq., 695, 701 sq., 719.
- APPREHENSIO:** simplex apprehensio distinguitur ab apprehensione discursiva, 1026.
- ARS:** 1—aliud est habere notitiam artis quasi in communi, aliud practice et applicate, 1024.
2—non procedit demonstrative, 1024, quomodo se habent demonstrationes in artibus, 1024, est habitus practicus circa factibilia, 1024.
3—ponitur inter causas activas, 423, concurrat ad ipsam substantiam artefacti, 481.
4—actus artis non provenit solum ab habitu artis, sed etiam a potentia, 536, 548.
5—extensio intrinseca datur in artibus, 648, 652, 660, 663, 670 sq., 673, 705, 720, 727.
6—non potest unico actu generari, 1023 sq.

- ASSUEFACTIO:** 1—quid ponit in brutis, 251 sqq.
2—aliquando extensive auget habitum, aliquando autem solum extrinseca impedimenta tollit, 696, 706 sq.
- AUCTORITAS:** observantia est virtus qua reveretur auctoritatem alterius, 325.
- AUGMENTUM:** 1—quid sit augmentum formæ, 611, 866 sq., 961.
2—datur augmentum in habitibus, 554 sq.
3—an quolibet actu augeatur habitus, 68, 970.
4—quomodo habitus possint augeri per additionem, et quomodo non, 63–67, 632 sq.
5—quomodo habitus possint augeri per radicationem in subjecto, 62, 737, 771, 800 sqq.
6—augeri secundum essentiam potest dupliciter intelligi, 962 sq.
7—augmentum extensivum, vide: **EXTENSIO**.
8—augmentum intensivum, vide: **INTENSIO**.
9—neque in extensione, neque in intensione acquiritur nova forma, 583, 870, sed in utraque augmentum fit ex parte modi, 579 sqq., 859 sqq., 870 sq., 878, 968, ubinam D. Thomas hoc dixerit, 968.
10—quomodo sese habent modi isti, 889 sq., isti modi vocantur etiam gradus, 846, 897, 907, 923, 939, 1077, isti modi sunt absolute indivisibiles et insimul virtualiter divisibiles, 900 sq., ad quid dantur modi isti, 930.
- AUXILIUM EFFICAX:** 1—in quo distinguatur ab habitu, 197 sq.
2—totum quod attingit causa inferior etiam et attingit causa prima, 496.

B

- BEATITUDO:** 1—beatitudo naturalis perfecta sine perfectis virtutibus non est, 340, 348.
2—angelus non habuit beatitudinem naturalem perfecte in primo instanti, 348.
- BONITAS MORALIS:** 1—quid sit, 82, 656, 711, 719.
2—virtus est species moralis boni, 1108.
- BONUM:** 1—bonum, præsertim morale, ex integra causa, 666, 719, 1001.
2—non sufficit voluntatem convincere et necessitare, 1000, 1038.
3—inclinatio naturalis potentiæ appetitivæ est ad bonum, 53, 162, 438, 464.
- BRUTA:** 1—dupliciter considerari possunt, 239 sqq.
2—brutorum instinctus quis sit, et quomodo in eis formetur, 244 sq.
3—quid ponit assuefactio in brutis, 251 sqq.
4—utrum in brutis possint veri habitus operativi reperiri, 239 sqq.
5—cur bruta non sint capacia habituum in appetitivis, 262.

C

- CALOR:** 1—non solum disponit, sed etiam agit, 416.
2—in actione naturali idem est fieri calorem et fieri calidum, 834.
- CAUSA:** 1—totum quod attingit causa inferior etiam et attingit causa prima, 496.
2—utrum causa universalis se sola producit totum effectum causæ particularis, 514, 523 sq.
3—quando plures causæ concurrunt ad eandem operationem, ad quam causam reducitur operatio, 494 sq.
4—utrum habitus sit causa æquivoca actus, 517, 527 sq., in causis æquivocis non datur reciprocatio, 517, principia sunt causæ æquivocæ conclusionum 626.
5—respectu inclinationis potentiæ ad operationem, habitus se habet in genere causæ efficientis, 439, respectu vero ipsius potentiæ cui inhæret et quam afficit, habitus se habet in genere causæ formalis, 440.
6—causa conservans duplici modo conservat, 1174 sq.
7—quomodo per accidens corrumpitur habitus ex defectu causæ conservantis, 1162–1163.
- CERTITUDO:** 1—differentia inter certitudinem ex parte objecti intelligibilis, et firmitatem ex parte boni, 1036 sq.
2—quomodo intellectus firmatur per evidentiam, 989, 997, 1007, 1037, 1073.
- CHARITAS:** 1—ratio ejus formalis, 664, 710.
2—distinguitur a gratia, 123, 281.
3—non augetur extensive, 592, 648, 651 sq., 679, 710.
4—unico actu contrario destruitur, 1129 sq.
5—in anima nihil peccati habente potest dari charitas et gratia remissa, ut in parvulis, 787.
6—per accidens et ex aliquo extrinseco repugnat charitatem, etiam in gradibus remissis, posse esse simul cum suo opposito, 811, 817 sq.
- CHRISTUS:** 1—species ejus infusæ excedunt species angelorum, 312.
2—anima Christi est impeccabilis ex causa extrinseca, 826, 830.
3—eadem gratia in Christo non facit filium adoptivum, in nobis facit, 868.
- COLOR:** disgregat visum, 400.
- COMPLEXIO:** complexio naturalis aliquando addit accidentalem difficultatem ad virtuose agendum, 691, 693, 698.
- CONCURSUS:** concursus potentiæ non est seorsum ab influxu habitus, 474 sq.

- CONCURSUS DEI:** 1—in quo differat ab habitu, 197 sq., ad exercitium actus non tollitur indifferentia per habitum, sed per concursum, 198 sq., 350, 479, 545.
2—concursus Dei efficax datur ad singulos actus, 198, 200, idem non est de sufficienti auxilio, 198, 202, concursus non efficax ad dispositionem reducitur, 202.
- CONGENITUS:** an in nobis detur aliquis habitus operativus congenitus a natura, 51 sq., 1114 sq.
- CONNEXIO:** quid importat connexio virtutum, 667 sq.
- CONSILIUM:** quomodo revera sint quidam majoris et perfectioris consilii quam alii, 727 sq.
- CONSUETUDO:** 1—est quasi altera natura, 100, 398, 998 sq., 1009, 1045, 1066, 1080.
2—magis determinat dirigendo quam solum iterando actionem, 250.
3—facit habitum acquisitum, elevatio supernaturalis infusum, 283, 285 sq., 294, 315.
4—regulariter est necessaria ut acquiratur virtus moralis, 999–1003, 1034–1042, 1071–1076, 1079–1086, 1105–1113, etiam ad generationem habituum ex parte subjecti, 977 sq.
5—unde discernitur quando consuetudo producit vel extendit intrinsece habitum, aut quando solum extrinseca impedimenta tollit, 706 sq.
6—differentia inter intensionem et consuetudinem, 1079 sq.
- CONTRARIUM:** 1—contraria debent esse sub eodem genere, non sub disparato, 1128.
2—contrarietas est oppositio cum aliqua latitudine et mediatione, 804, 893.
3—in quo consistit contrarietas inter habitum et dispositionem, 1105 sq.
4—Deus potest simul conjungere in subjecto duas qualitates contrarias in gradibus intensis, 787, sed connaturaliter in gradibus intensis in se non compatiuntur, 805, bene tamen in gradibus remissis, 805, 820.
5—per accidens tamen et ex aliquo extrinseco repugnat gratiam et virtutes infusas, etiam in gradibus remissis, posse esse simul cum suo opposito, 811, 817 sq., 821.
6—conditiones ad expulsionem contrarii, 787, intensio non consistit in expulsionem contrarii, 787.
7—habitus vitii et virtutis non habent aliam contrarietatem physicam quam alia contraria physica, 1136.
8—utrum lux habeat contrarium, 810, 814 sq.
- CONVENIENTIA:** habitus et dispositio dicuntur primo et per se penes convenientiam vel disconvenientiam ad naturam, 97–202.

- CORPUS:** 1—est capax habituum, 32 sq., 203, 230, 275 sq.
2—tria inveniuntur in corpore animato, 33.
3—quomodo bona dispositio corporis cooperatur ut homo reddatur habilis ad intelligendum, 418.
- CORRUPTIO:** 1—est amissio esse, 778.
2—circa corruptionem habituum, 69 sq., 1120 sq.
3—quomodo per se corrumpitur habitus, 69 sq., 1123–1140.
4—quomodo per accidens corrumpitur habitus, 69 sq., 1141–1192.
5—non per se, sed per accidens, corrumpuntur habitus per cessationem actus, 75 sq., 1164–1192, sed hoc modo corrumpuntur illi soli habitus qui minus radicati sunt in subjecto, 1189 sq.
6—utrum actus contrarius possit corrumpere habitum, 1123 sq., habitus infusi possunt unico actu contrario destrui, 1129 sq.
7—utrum ex sola corruptione accidentali quoad alterationem possit destrui habitus, 1146 sq.
- D**
- DÆMONES:** 1—non manent virtutes morales in dæmonibus, 342 sq., 347.
2—circa inflexibilitatem dæmonis, 341 sq.
- DECEPTIO:** 1—non corrumpit habitum primorum principiorum, 73, 1190 sq.
2—corrumpit in nobis habitum scientiæ, 1165, 1183 sq.
- DELECTATIO:** non est ipsa operatio, sed aliquid consecutum ad illam, 471 sq.
- DEMONSTRATIO:** 1—non est habitus, 386 sq.
2—actus demonstrationis firmat et immobilizat quasi active, non quasi formaliter, 386 sq.
- DENOMINATIO:** unde sumatur moralis denominatio in vitiis et virtutibus, 1137.
- DESPOTICE:** sensus externi despotice serviunt et obediunt voluntati, 207 sq., 223 seq., 274.
- DETERMINATIO:** 1—tripliciter determinatio subjecti accipi potest, 19 sq.
2—habitus, quia determinant potentiam, active concurrunt ad operationem, 427 sq., 474 sq.
- DIFFERENTIA:** differentia essentialis determinat potentialitatem generis, differentia accidentales potentialitatem subjecti, 18.

- DIFFICILE MOBILE:** 1—non distinguit habitum a reliquis speciebus qualitatis, sed a dispositione, 369 sq., per altiore rationem distinguitur habitus a reliquis speciebus qualitatis, 103, 370.
 2—quomodo sit differentia constitutiva habitus, 359 sq., 383.
 3—quot modis accipiat, 352–401, quid sit difficile esse mobile ex natura sua, 360, 374 sq., quid sit difficile mobile per accidens, 359, 376 sq., 398.
 4—difficile mobile in actu visionis beatificæ, 379, 382 sq., in actu demonstrationis, 380, 386 sq., in opinione et vitio, 381, 388 sq., 395.
 5—potest dari intensa qualitas et non esse difficile mobilis, 393.
- DIFFICULTAS:** 1—difficultas in operando est duplex, 686 sq.
 2—difficultas accidentalis non requirit augmentum extensivum intrinsecum, 688 sq., 700 sq., difficultas autem essentialis requirit illud, 687.
- DIMINUTIO:** 1—circa diminutionem habituum, 74, 1193 sq.
 2—diminutio habitus est quædam corruptio intensionis vel extensionis, 1193, quomodo habitus possit diminui per solam cessationem ab actu, 75–76.
 3—utrum habitus infusi possint diminui, 1194.
 4—utrum actus infusi possint diminui et esse remissiores habitu, 1194.
- DISPOSITIO:** 1—dispositio et habitus sunt in prima specie qualitatis, 86, 103, 174 sq., quomodo distinguuntur ab aliis speciebus qualitatis, 102, 104, 147 sq., 169 sq.
 2—potest sumi generice et specificè, 102 sq.
 3—de munere dispositionis *generice* sumptæ, 102–114, 127–140, 430, dispositio et habitus dicuntur primo et per se penes convenientiam aut inconvenientiam ad naturam, secundario autem ad operationem, in quantum operatio est finis naturæ, 97–202.
 4—sic accepta generice, est ordo habendi partes, 127 sq., qui ordo partium formaliter distinguitur ab ordine partium quem dicunt quantitas, quando et situs, 117, 150 sq., ordo in præsentis non dicit solam habitudinem, sed ordinationem, 130.
 5—quomodo ordinatio inter multa et determinatio indifferentiæ verificentur in gratia, lumine gloriæ, specie intelligibili, scientia, virtutibus moralibus, 156 sqq.
 6—dispositio non effectiva tripliciter se habere potest, 430 sq.
 7—non excludit hoc quod est agere, 110 sq., 167, 412, 415–417, 525.
 8—quando sumitur *specificè*, quomodo differt ab habitu, 103, 352 sqq., 996, 1105 sq., dupliciter potest intelligi dispositionem condividi contra habitum, 357.
 9—Porphyrius distinxit dispositionem et habitum penes intensionem et remissionem, 165, 391 sq., idem videtur tenere Vasquez, 1054, 1077, quomodo Suarez distinguit, 354, circa alios incompetentes modos distinguendi, 378.

- 10—quando redditur difficile mobilis ex aliquo accidentali statu, non fit essentialiter habitus, 359 sq., 371.
 11—in genere virtutis moralis dispositio specificè distinguitur ab habitu, 103, 352, 1089–1097, 1102–1113.
 12—priors actus et acquisitio dispositionis, 1083 sq.
 13—est quasi forma vialis et tendens ad acquisitionem habitus, quo acquisito cessat et tollitur, 1102.
 14—se habet ad perfectionem dupliciter, 1104.
- DISPOSITIVE:** utrum sufficit pro habitu dispositive se habere ad actum, non active, 515–516, 525–526.
- DISPUTATIO:** quotidiano exercitio disputationum in scientiis crescimus, 562–564, 979.
- DISTINCTIO:** 1—unde sumi possit distinctio habituum, 77.
 2—habitus distinguuntur specie penes objecta, sicut et actus, 81, et quidem penes objecta formalia, 81.
 3—specialiter convenit habitibus distingui secundum bonum et malum, 82.
- DONA SPIRITUS SANCTI:** eorum ratio formalis, 664.
- E**
- ECCLESIA:** est instrumentum necessarium *nostræ* fidei, 1131.
- EDUCTIO:** quando educitur forma e subjecto, tota educitur, sed non totaliter, 943 sq.
- EFFECTUS:** effectus formalis est communicatio ipsius formæ in subjecto, 789.
- ELECTIO:** 1—aliud est motivum electionis, aliud motivum intentionis, 715.
 2—quid requiratur ut electio sit recta et bona, 666, 715 sq.
- EMBRYO:** quomodo distinguitur ab homine, 1102, 1110.
- ERROR:** quomodo corrumpit in nobis habitum scientiæ, 72, 1165, 1183 sq.
- EVIDENTIA:** quomodo intellectus firmatur per evidentiam, 989, 997, 1007, 1037, 1073.
- EXISTENTIA:** 1—ab essentia cujus existentia est sumit suam perfectionem, 781.
 2—dicit terminum in esse seu rem in facto esse, 896.

- EXTENSIO:** 1—quid sit extensio habitus, 61, 549 sq., 563, 579 sq., 730, 870.
 2— augmentum extensivum fit per additionem, 66, 550, 581, 584, 650, non autem augmentum intensivum, 67.
 3—distinguendum est inter augmentum extensivum intrinsecum et extrinsecum, 590 sq., 637 sq., 646, 661, 669, 675, 690, 695.
 4—extensio intrinseca convenit habitibus probativis, 563, 590 sq., 633 sq., 642 sq., 650, 652, 657 sq., 663, 670 sq., 687, 705, 708, 712, 718, 727, 729.
 5—non convenit nisi extensio extrinseca virtutibus theologicis et moralibus, acquisitis vel infusis, et habitui principiorum, 639 sq., 646, 650 sq., 661 sq., 664 sq., 688 sq., 708, 710 sq., 719.
 6—ex qua parte prudentia sit capax augmenti extensivi intrinseci, ex qua parte non, 674, 720 sq.
 7—extensio intrinseca in habitibus non fit per collectionem plurium qualitatum, nec per compositionem illarum, sed per novum modum, 579–631, 659. Vide: **AUGMENTUM**, 9–10.
 8—quomodo augmento extensivo intrinseco augeatur habitus secundum speciem, 581, 585, 593, 636, 650, 669, 675, 687, 690.
 9—extensio extrinseca solum indiget applicatione extrinseca objecti, 639 sq., 662, 664 sq., 688 sq., 717.

F

- FIDES:** 1—dupliciter considerari potest, 324.
 2—ejus ratio formalis, 664 sq., 710.
 3—est in intellectu ut moto a voluntate per piam affectionem, 345, est in intellectu speculativo directe et per se, 345.
 4—non augetur extensive, extensione intrinseca, 646, 653, 663 sq., 680, 710, augetur intensive, 565.
 5—sine ulla infidelitate potest dari fides remissa in aliquibus fidelibus, 787.
 6—per accidens et ex aliquo extrinseco repugnat fidem infusam, etiam in gradibus remissis, posse esse simul cum suo opposito, 811, 817 sq. Vide: **CONTRARIUM**, 4, 5.
 7—unico actu infidelitatis destruitur, 1123, 1129, 1131, 1194.
 8—fides infusa est habitus quoad substantiam, non quoad modum, 974 sq.
 9—cur non manet imperfectio viæ et fidei adveniente visione et termino patriæ, 1104.
 10—quomodo differt a prudentia, 344–345.
 11—fides naturalis non est habitus neque dispositio in angelo, 326.
 12—quonam sensu fides infusa sit perfectior nunc quam in Lege Veteri, 717.

- FIGURA:** 1—quid facit hæc quarta species qualitatis, 20, 148, 150, 193.
 2—eadem materia in figuram rotundam disposita melius movetur, 868.

- FIRMITAS:** 1—firmitas habitus quoad substantiam, 374 sq., 972 sq., 1035, firmitas accidentalis, 359, 361 sq., 972 sq.
 2—firmitas specifica influit in substantiam actus, firmitas accidentalis in modum actus, 461.
 3—ex frequentatione actuum accipiunt habitus firmitatem accidentalem, 394, 400.
 4—firmitas in scientia, 364, 993, 1007 sq., in voluntate, 365, 992, 1000 sq., in opinione, 394, 994, 1005 sq., in vitio, 394 sq., 1043.
- FORMA:** 1—forma ut forma solum se habet ut actus, non ut potentia, 598, 610, 758, se habet ut quo, 602, 747, de se est determinativa, 597.
 2—non perficitur divisione, sed potius minoratur, 597, 599, materia autem non potest determinari nisi dividatur, 596, 599.
 3—intensio formæ non consistit in aggregatione multarum qualitatum, 736, 746 sq., in formis substantialibus non est intensio, 805 sq., 808, 844, quomodo crescit forma accidentalis, 595 sq., 606, 623, 960 sq., in eadem parte aut indivisibili puncto fit intensio formæ, 754, 932.
 4—ex sua essentiali ratione ordinatur forma ad subjectum, 873, 875.
 5—non potest uniri forma subjecto, nisi major reddatur actualitas formæ in se, 803, 873.
 6—unio formæ ad subjectum est conditio ut forma det duplici modo effectum formalem, 800 sq.
 7—effectus formalis est communicatio ipsius formæ in subjecto, 789, 951, 961, soluta unione subjecti, forma desinit esse, 934.
 8—quando educitur forma e subjecto, tota educitur, sed non totaliter, 943 sq.
 9—cur forma non potest intrinsece constare ex partibus, 600, 602, 747, 932.

G

- GENERATIO:** 1—sol generat hominem, 517, 523 sq.
 2—adolescens potest generare, sed non ita perfecte sicut vir, 519.
 3—respectu generationis musica nihil conducit, 493, 506.
- GENERATIO HABITUUM:** 1—in genere, 972–1113.
 2—in specie: generatio scientiæ, 989, 993, 1007–1010, generatio virtutis moralis, 988, 992, 1000, 1034–1042, 1071–1086, generatio opinionis, 990, 994, 1005–1006, 1069–1070, generatio vitii, 1001–1003, 1043, 1069–1070, generatio artis, 1023 sq.
 3—generatur habitus, vel quantum ad substantiam, vel quantum ad modum, 972–975.
 4—non generatur regulariter quantum ad modum nisi pluribus actibus, 977–982.
 5—quantum vero ad substantiam, distinguendum est inter partem appetitivam et partem apprehensivam, 988–1010.

- 6—quodnam sit principium ad discernendum qui habitus possint unico actu generari, qui pluribus, 995 sq.
- 7—quando pluribus actibus generatur habitus, quid producant singuli actus, 1048–1113.
- 8—ad generationem habitus potentia et objectum debent concurrere, 1035.

GRAMMATICUS: non quicumque est grammaticus scit omnia quæ ad grammaticam pertinent, 650.

- GRATIA:** 1—subjectatur in essentia animæ ut distincta a suis potentiis, 281, quomodo sit proprie habitus, 123, 158, 275, 281, quomodo ordinatio inter multa verificetur in gratia, 158, 281, non est habitus operativus sed participatio divinæ naturæ, 123, est tamen radicaliter operativa,, 402, est radix virtutum supernaturalium, 123, 158, 275, 281, 402.
- 2—sese habet sicut quædam lux Dei, 818.
 - 3—distinguitur a caritate, 123, 281.
 - 4—unico actu peccati mortalis destruitur, 1123, 1129 sq.

H

- HABERE:** 1—habitus derivatur ab habere, 15, 85.
- 2—dicitur dupliciter, 15 sq.
 - 3—triplex modus habendi datur, 85 sq.

- HABITUS:** 1—est principium quoddam intrinsecum actuum humanorum, 10.
- 2—de speciali modo qualificandi subjecti qui attenditur in habitu, 18 sq., 141 sq., 473.
 - 3—habitus entitativi in eadem formali ratione generica habitus conveniunt cum operativis, 182, sunt qui existiment habitum solum esse operativum, 170, 275.
 - 4—multiplex est acceptio habitus, 15 sq., 84 sq.
 - 5—potest esse prima species prædicamenti qualitatis, 17, 86, 89, 169 sq., 174 sq., potest etiam esse ultimum prædicamentum, 16, 87, 90, potest tandem esse postprædicamentum, 16, 88, 91.
 - 6—Auctor noster non tractat nisi de habitu ut est prima species prædicamenti qualitatis, 16, 92, secundum hoc definitur ut qualitas disponens rem bene vel male secundum se, vel in ordine ad operationem, 17, 108, cur a Philosopho habitus ponitur in prima specie qualitatis, 174 sq.
 - 7—est qualitas permanens seu difficile mobilis, 97–101, in explicando tamen quomodo sit difficile mobilis varietas opinionum datur, 98, 359 sqq.
 - 8—quomodo verificetur quod habitus ordinant et disponunt inter multa, 127 sq., 151, 163 sq.
 - 9—habitus est in linea specificationis, dum concursus est in linea exercitii, 198 sq., 350, 479, 545.

- 10—habitus directe efficit objectum, 418, 473, non tantummodo præparat objectum et tollit impedimenta, 221, 413, 418 sq.
- 11—respectu potentia cui inhæret, sese habet formaliter, 440, respectu operationis, sese habet effective, 408–440, non autem solum dispositive, 412, 430 sq., neque solum ad tollenda impedimenta, 413, 434 sq.
- 12—munus habitus operativi, 4, 178 sq., 204, 286, 402 sqq., 427, 436, 459, 473 sq., 590, 999.
- 13—habitus et dispositio primo et per se important convenientiam vel inconvenientiam ad naturam, ex consequenti vero respiciunt actum, 97–202, quando habitus vel dispositio ponitur in potentia activa, adhuc principaliter non constituit ordinem ad actum, 133, Suarez existimat habitum per se primo ordinari ad operationem, 109, 170.
- 14—ad quid ponuntur habitus, 4, 27–30, 94, 286, 418–419, 427 sq., 436, 473 sq.
- 15—quomodo habitus differat a potentia, 18 sq., 102, 169 sq., 541, 543 sq., arguitur contra Suarez, 179 sq., legitima differentia exponitur, 178 sq.
- 16—habitus et potentia unam integram causam efficiunt indivisibiliter respectu actus eliciendi, 474 sq., 494, 499 sq., 506.
- 17—habitus et potentia specificantur per ordinem ad actum et objectum actus, sed diversimode, 180 sq., potentia et habitus se habent ut causa et effectus æquivocus, 527, respectu potentia se habent habitus tanquam instrumenta, 426, 511, 513.
- 18—per modum actus primi ad speciem actus determinat et inclinat potentiam, 169 sq., 358, 384, 473, 545, 999, 1082, quomodo habitus operativus dat activitatem potentia, 110 sq., 427 sq., 474 sq., 518 sq., est quasi acuitas potentia et dispositio activa, 306, 429, 476, 485.
- 19—habitus inclinat ad actus, non ut pure et præcise fiat actus in sua essentia et valore, sed ut fiat taliter, 190, 488 sq.
- 20—habitus influunt in totam entitatem actus sub modo adjuvandi et determinandi potentiam, 441–548, non solum respiciunt promptitudinem seu modum aliquem actus, sed etiam speciem actus, 473 sq., 485, non concurrunt ut causæ per accidens ad substantiam actus, sed per se, 505 sq., aliquando docet D. Thomas habitum dare promptitudinem et facilitatem, quæ ad modum pertinent, 462, 464–466, aliquando vero docet habitum influere in substantiam actus, 462, 467–472.
- 21—in habitu est aliquid pertinens ad modum, et aliquid pertinens ad substantiam, 359 sq., 460, 465, 972 sq.
- 22—habitus non est proprie causa æquivoca actus, 517, 527 sq., actus proprie non est causa habitus, sed potentia per actus, 175, 527.
- 23—quomodo differt habitus a dispositione specificè sumpta, 103, 352 sq., 370, differt genericè a reliquis speciebus qualitatis, 102, 370.
- 24—Porphyrius distinxit dispositionem et habitum penes remissionem et habitum, 165, 391 sq., idem videtur tenere Vasquez, 1054, 1077, sed hoc non admittit D. Thomas, 1058 sq., circa alios incompetentes modos distinguendi habitum a dispositione, 378.

- 25—differentia essentialis habitus non est difficile removeri a subjecto, sed difficile esse mobilem, 373, debet esse difficile mobilis essentialiter et ex principio specificativo primo et per se, 359-378, 380-381, 386-401.
- 26—habitus proprie dictus potest reddi facile mobilis ob aliquem accidentalem statum, 372, 976.
- 27—habitus considerari potest sive physice et entitative, sive moraliter seu quoad denominationem moralem, 820, 1136-1137.
- 28—habitus est quo quis utitur cum voluerit, 42, 249, 424 sq.
- 29—est simplex qualitas, nec componitur ex pluribus habitibus et qualitatibus, 83, 568, 575, 586, 629, 683.
- 30—de subjecto habituum, 31-47, 203-351, unica conditio ut subjectum sit capax habitus, 27 sq., 131, 204, 286, 427, 473 sq.
- 31—omnes facultates mere naturales, ut vegetativæ et sensus externi, sunt incapaces habitus, 206-228, 268-274, 703.
- 32—utrum habitus dentur in potentiis sensitivis, 34, 38 sq., 229-274, in potentiis sensitivis apprehensivis interioribus, 233-260, 418, 436, in potentiis appetitivis, 262-267, ubi maneant habitus qui sunt in potentiis appetitivis, mortuo homine, 267, 1159-1161, utrum sint habitus in sensibus exterioribus, 206-228, 268-274, utrum in brutis possint veri habitus reperiri, 239-260.
- 33—in ipso corpore et in membris externis non datur habitus operativus, 34, 223 sq., 703, attamen potest in eis et in ipsa substantia animæ dari habitus non operativus, 35 sq., 122-123, 227, 275-281, habitus entitativi naturales possunt esse totaliter a natura, 50, non autem habitus operativi, 51 sq., quomodo habitus corporales per accidens corrumpi possunt ex defectu subjecti, 1147-1148.
- 34—potentiæ rationales sunt capaces habituum acquisitorum, 40 sq., 284-286, habituum infusorum, 287-290, est differentia inter habitus angelorum et nostros in ordine naturali, 44-47.
- 35—quomodo in angelis sint ponendi vel negandi habitus, 291-351.
- 36—duplicem habitudinem dicit habitus, scilicet ad subjectum in quo est, et ad objectum circa quod est, 549, secundum hanc duplicem habitudinem nascitur duplex modus augmenti, 549.
- 37—circa augmentum habituum, vide: **AUGMENTUM**.
- 38—in ordine ad objectum, quid sit habitus, 974, in ordine vero ad subjectum, quid sit habitus, 975.
- 39—utrum in nobis detur aliquis habitus a natura congenitus, 50 sq., 327-331, 1028, 1114-1116.
- 40—utrum sint aliqui habitus infusi a Deo in nobis, 59, 1117-1119, unica actione Dei infunduntur, 1042.
- 41—habitus infusi simul pertinent ad principia intrinseca et extrinseca actuum humanorum, 6-7.
- 42—habitus infusus est simpliciter habitus, licet habeat modum potentiæ, 136-137, 158, 160, 406, magis habet genus causæ efficientis quam habitus acquisitus, 406-407, 433.

- 43—habitus infusus elevat potentiam proportionando, 288, 406, infuit in substantiam actus, 406, 442-443.
- 44—in habitibus infusis tota ratio operandi est aliquid divinum vel ex ratione divina procedens, 664.
- 45—habitus infusi augentur, 557-558, non acquirunt augmentum nostris actibus, 703.
- 46—habitus infusi augentur intensive, 565, non augentur extensive extensione scilicet intrinseca, 632-729.
- 47—utrum habitus infusi possint diminui, 1194.
- 48—unico actu contrario habitus infusi destruuntur, 1123, 1129.
- 49—generatio habituum intellectualium inchoatur per ipsas species, 217, 308, 634.
- 50—de munere habituum in intellectu, 308, 310, non ponuntur solum ad iudicandum veritates contingentes, sed etiam necessarias et evidentes, 1027 sq.
- 51—unde generatur habitus principiorum, 52.
- 52—habitus discursivi diversis mediis attingunt objecta sua, 634 sq., 643 sq., 657 sq., 663, 670 sq.
- 53—habitus intellectivi probativi augentur extensive, extensione scil. intrinseca, 633-645, non autem virtutes morales neque supernaturales, 646-729.
- 54—habitus possunt causari, vel a natura, si sint insiti, 49-53, vel per actus, si sint acquisiti, 54-58, vel a Deo, si sint infusi, 59.
- 55—ex objecto et ex potentia insimul generatur habitus quoad substantiam, 1035.
- 56—habitus quoad substantiam consideratur in ordine ad objectum, 972 sq., habitus quoad modum et accidentalem perfectionem consideratur in ordine ad subjectum, 972 sq., potest dari habitus quantum ad substantiam et non quoad modum, et e converso, 972 sq.
- 57—habitus intellectivi evidentes quoad substantiam unico actu generari possunt, 58, 989, 993, 1007-1008, 1068, non autem quoad statum, 993, 1009-1010.
- 58—habitus opinativus etiam quoad substantiam pluribus actibus indiget ut generetur, 58, 990, 994, 1005-1006.
- 59—in voluntate omnis habitus generatur pluribus actibus, 57, 992, 1000-1003, 1071-1086.
- 60—quando pluribus actibus generatur habitus, quid producant singuli actus, 1048-1113.
- 61—habitus duo contrarii bene compatiuntur in eodem subjecto simul in gradibus remissis, sed hoc intelligitur entitative et physice, non moraliter, 820, 1136-1137.
- 62—habitus et actus oppositus aliquando possunt esse simul, 1138, habitui contrariatur formaliter habitus oppositus, actus autem oppositus non nisi effective, 1123.
- 63—duo actus oppositi nullo modo compatiuntur, 1138.

- 64—circa corruptionem habituum per accidens, 69 sq., 1141–1192, ex defectu subjecti, 1145–1161, ex defectu causæ conservantis, 1162 sq., ex defectu exercitii, 1164–1192.
- 65—quando pluribus actibus generatur habitus, utrum et quomodo corrumpitur dispositio quæ habitum præcedebat, 1102–1109.
- 66—habitus existentes in parte spirituali non corrumpuntur ex destructione subjecti, i. e. hominis, sed manent in anima separata, 267, 1156, 1159–1161.

HÆRESIS: non solum expellit caritatem, sed etiam fidem infusam, 1129 sq.

HOMO: differentia essentialis hominis non est ratiocinari, sed rationabilem esse, 373, nec proprietas est ridere, sed risibilem esse, 373.

I

ILLUMINATIO: 1—per probationem fit, 718.
2—quid importat ex parte illuminati, 315.

IMAGINATIO: 1—ex habitu intellectus possunt resultare bonæ dispositiones in phantasia, 418–419, 436.
2—habitus in memoria, sicut et in aliis sensibus internis, non potest esse nisi secundario, 233 sq., 418, 436.
3—quomodo iste habitus per accidens corrumpi possit ex defectu subjecti, 1147–1148.

IMPECCABILITAS: quomodo anima Christi sit impeccabilis, 830.

IMPEDIMENTA: 1—unde discernitur quando consuetudo producit vel extendit intrinsece habitum, aut quando solum extrinseca impedimenta tollit, 706 sq.
2—impedimenta tolluntur ex parte subjecti per repetitionem actuum, 976, 979 sq.

IMPERIUM: efficacia imperandi est a voluntate, 344.

INDETERMINATIO: 1—quomodo vincitur per habitum indeterminatio potentiæ, 474 sq., 636, 823, quomodo per actum vincitur, 999.
2—quomodo vincitur indeterminatio intellectus, 993, 1007 sq., 1030.
3—quomodo vincitur indeterminatio voluntatis, 992, 1000 sq., 1034 sq., 1071 sq.

INDIFFERENTIA: 1—quidquid indifferens est, sed a natura ipsa determinari potest, habitu non eget, 222, potentiæ quæ indifferentiam non habent

ad aliquid abstractivum non indigent determinatione superaddita per habitum, 268.

2—indifferentia subjecti dupliciter indiget tolli in potentiis cognoscitivis, 208–210.

INDIVISIBILE: 1—dupliciter sumi potest, 891 sq.
2—modus unionis, qui per intensionem novo fit, est in se indivisibilis, 900.

INFIDELITAS: fides destruitur unico actu infidelitatis, 1129, 1131, 1194.

INFORMATIO: non est aliud quam communicatio ipsius formæ in subjecto, 789.

INFUSI: 1—utrum sint aliqui habitus infusi a Deo in nobis, 59, 1117 sq.
2—circa habitus infusos, vide: **HABITUS**, 41–48.

INSTANS: 1—quid sint instantia, 894, 904.
2—aliud instans existentia, aliud instans intelligentia, 1100.
3—in angelis virtus moralis non perfecte et firmiter genitus est usque ad secundum instans, 340 sq.

INSTINCTUS: 1—modus operandi ex habitu semper contraponitur modo operandi ex instinctu naturæ, 250.
2—quid sit instinctus naturalis, 244 sq., quomodo formatur in brutis, 245 sq.

INSTRUMENTUM: respectu potentiæ se habent habitus tanquam instrumenta, 426, 511, 513.

INTELLECTUS: 1—intellectus angeli differt a nostro, 306 sq., 329 sq.
2—utrum intellectus angeli sit capax habitus, 291 sqq., utrum etiam intellectus ejus practicus, 344.
3—quomodo determinatur intellectus quando objectum est evidens, 989, 993, 1007 sq., 1030, 1037, 1073, quando objectum non est evidens, 990, 994, 1005 sq., 1031, 1044 sq.

INTENSIO: 1—quid sit intensio habitus, 62, 164, 549, 551, 564, 636, 663, 730 sq., 780, 812 sq., 823 sq., 841 sq., 869 sq., 876, 926, 930, 944, 946, 949, 961, 965, 1081.
2—est melioratio unionis formæ ad subjectum, 564, 730, 869, 1081.
3—non consistit in expulsione contrarii, 787.
4—aliis qualitatibus præter habitum est communis, 164, in formis substantialibus non est intensio, 805 sq., 808.
5—solum invenitur intensio ubi est latitudo et contrarietas formarum, 805 sq., 808.

- 6—non est essentialis qualitati, sed accidentaliter ipsi convenit, 390, 759.
 7—differentia inter intensionem et extensionem, 549 sq., 584, 730, inter intensionem et consuetudinem, 584, 757, 1079 sq.
 8—intensio formæ fit in eadem parte aut indivisibili puncto, 754, forma intensibilis se habet sicut anima, 936, 950 sq.
 9—potest dari intensa qualitas et non esse difficile mobilis, 393, qualitas intensa non potest esse unum per accidens, 762 sq.
 10—forma intensa ejusdem speciei est ac forma remissa, 739.
 11—Porphyrius distinxit passibilem qualitatem, dispositionem et habitum penes intensionem et remissionem, 165, 391 sq., idem videtur tenere Vasquez, 1054, 1077, 1097, sed intensio et remissio differunt ab ordinatione quæ est in habitu, 164, 1078 sq.
 12—augmentum intensivum non admittit additionem etiam extrinsecam et ex parte subjecti, 67, 584, 731, 781, 824, 872.
 13—quomodo fit intensio habitus, 731 sqq., secundum D. Thomam, intensio fit non per additionem novæ qualitatis, sed per majorem radicationem ejusdem in subjecto, qui est novus modus erga subjectum, 583, 737, 771, qualitas intenditur per modos, 579 sqq., 737, 771, 800 sqq., 859 sq., 870 sq., 878, ubinam D. Thomas hoc dixerit, 968.
 14—explicatur iste novus modus, 800–845, 859–879, 889–907, 915–931, 942–968.
 15—quomodo forma augetur secundum essentiam quando augetur secundum radicationem, 636, 781, 824, 838, 845, 872, 875 sq., 928, 930, 960.
 16—intensio firmitatem dat qualitati, non mutando speciem et entitatem, 390, 583, penes intensionem et remissionem non diversificantur species, 392.
 17—quomodo habitus operativus fit magis operativus per intensionem, 865, 867.
 18—virtutes theologales et morales, infusæ et acquisitæ, augentur intensive, 565, 717.
 19—an quolibet actu fiat intensio, 847, 970, solum ab intensiori actu physice augeri potest ipsa forma habitus, 848, 1048 sqq.
 20—potest Deus simul conjungere in subjecto duas qualitates contrarias in gradibus intensis, 787, sed connaturaliter qualitates hujusmodi in se non compatiuntur, 805.
 21—quid de intensione per unionem aptitudinalem circa qualitatem separatam, 908 sq., 915 sq.

INTENTIO: aliud est motivum intentionis, aliud motivum electionis, 715.

INTUITIVA NOTITIA: 1—sensus externi et sensus communis non habent nisi intuitivam et experimentalem notitiam, 268.

2—notitia intuitiva simplex non eget habitu, 268 sq., idem non est de notitia intuitiva quæ indiget discursu aut compositione aliqua, 269 sq.

J

JUDICIUM PRUDENTIALE: ex quo formetur, 725.

L

LIBERALITAS: potest manere in paupere, 1160.

LIBERTAS: 1—nunquam vincitur libertas quoad exercitium, 1075.
 2—voluntas vult frui libertate, 1075.

LOCUS: 1—quomodo locus qualitatem importat, 155, 958.
 2—situs ordinat partes in loco, 150, 154.

LUMEN GLORIÆ: 1—succedit fidei, 160.

2—ejus primum munus, 433, necessarium est, tanquam habitus, ad videndum Deum, 290, 382.

3—quomodo se habeat ad visionem beatam, 382 sq., 433.

4—nihil est in beato quod a lumine gloriæ regulari et ordinari nequit, 160, in isto lumine beatus videt omnia quæ pertinent ad ipsum hominem et ad directionem ejus, 160.

5—quomodo lumen gloriæ ordinat inter multa, 160.

LUMEN PROBATIVUM: quomodo augeatur, 562 sq., 581, 585, 587, 590 sq., 633 sq., 642 sq., 652, 657, 663, 670 sq.

LUX: 1—non habet contrarium formaliter, sed virtualiter et æquivalenter, 811, 814 sq.

2—refractio lucis describitur, 815.

M

MATERIA: 1—non potest determinari nisi dividatur, 596, 599, forma vero non perficitur divisione, sed potius minoratur, 597, 599.

2—quomodo crescit materia, 595 sq.

3—de transitu materiæ primæ a forma corrumpenda ad novam formam, 1088, 1099 sq.

MATHEMATICA: abstrahit a bono et fine et ab omni motu, 154.

MEMORIA: 1—consuetudo multum operatur ad bene memorandum, 236, 989.

2—habitus in memoria, sicut et in aliis sensibus internis, non potest esse nisi secundario, 233 sq., 418, 436.

3—non unico actu generatur habitus in memoria, 58, 236, 989, 1026.

MODUS: utrum habitus operativi influant in substantiam actus, an solum in modum, 402-548.

MODUS UNIONIS: 1—de modo unionis qui per intensionem novo fit, 800, 823, 865, 867, 869, 882 sq., 897, 900 sq., 927, 930, 949, 956 sq.

2—isti modi unionis vocantur etiam gradus, 846, 897, 907;

vide: **AUGMENTUM**, 9-10; **INTENSIO**, 13-14.

3—isti modi unionis entitative et in se sunt indivisibiles, 900.

4—isti modi unionis primo et per se producuntur per motum intensionis et remissionis, 958, sed in prima productione qualitatis gradus intensionis et remissionis non fit per motum intensionis aut remissionis, sed ex vi ipsius alterationis producentis qualitatem, 956 sq.

MORALIS: 1—quid sit bonitas moralis, 656.

2—virtus est species moralis boni, 1108 sq.

3—quid sit affectus moraliter bonus et virtuosus, 667.

4—potentia non operatur moraliter, 1155.

MOTIVUM: aliud motivum intentionis, aliud motivum electionis, 715-716.

MOTUS: 1—res in fieri est ipsemet motus seu fluxus rei, 902, 905.

2—quomodo distinguantur partes motus et indivisibilia motus, 894.

3—quod simul eadem res sit in fieri et in facto esse est impossibile in actionibus successivis, non in actionibus instantaneis 905.

4—motus localis producit ubi, non quomodocumque, sed directe et per se primo, 155, 898, 958.

MUSICA: respectu generationis nihil conducit, 493, 506.

N

NATURA: 1—proprium naturæ est determinationem habere ad unum, 999, 1080.

2—est finis generationis, sed ordinatur ad ulteriorem finem, qui est operatio, 24, 110, sese habet ut principium radicale operationis et motus, 115, 167.

NATURALE: dupliciter consideratur, 49.

NECESSITAS: 1—ad quæ fit necessarius habitus, 27-30, 94, 97-202, 286, 418-419, 427 sq., 436, 473 sq.

2—verum necessitat intellectum, sed bonum non necessitat voluntatem, 1000, 1007 sq., 1073 sq.

NOTITIA: ab objecto et potentia paritur notitia, 209, 211.

NOTITIA INTUITIVA, vide: **INTUITIVA NOTITIA**, 1-2.

O

OBEDIENTIALIS: 1—potentia obediencialis præsupponitur ad habitus infusos, 136 sq., in quibus potentiis datur, 138.

2—angelus non habet nisi potentiam obediencialem ad actiones supernaturales, 295.

OBJECTUM: aliter et aliter objectum et habitus determinant indifferentiam potentia, 208 sq.

OBLIVIO: 1—quomodo oblivio scientiam delet, 1165, 1183, 1185 sq., 1189.

2—non corrumpit habitus primorum principiorum, 73, 1190 sq., neque prudentiam, 1192.

OBSERVANTIA: est virtus qua reveretur auctoritatem alterius, 325.

OBSTINATIO: in dæmonibus, 335, 342-343.

OPERATIO: 1—est finis naturæ, 24, 110-111.

2—ratio habitus non sumitur primo et per se penes ordinem ad operationem, 97-202.

3—substantia operationis egreditur a potentia, non in quantum indifferentis est et in potentia, sed in quantum actuata et determinata per habitum, 477 sq.

4—quid per se perfecte in operatione, 500-506.

OPINIO: 1—opinio et vitium non sunt difficile mobiles essentialiter, 368, 394 sq., 1005-1006, 1017, 1043 sq., quomodo D. Thomas vocat habitus, 395 sq., 1034, 1047.

2—in opinione ducitur intellectus ex propositionibus probabilibus, non per se notis, 990, 1044 sq., enumerantur quædam ex istis probabilibus et extrinsecis, 1005-1006.

3—semper incerta est ex parte objecti et rationis formalis, 1022, 1044 sq.

4—non potest unico actu generari, 990, 994, 1005-1006, neque quoad modum, 977 sq., neque quoad substantiam, 1005-1006, 1021 sq., 1027.

5—quantumcumque multiplicentur actus opinativi, nunquam generatur habitus ex sua specie firmus, 394 sq., 1044 sq.

6—opinio non est habitus neque dispositio in angelo si sit circa pure naturalia, 320 sq.

ORDO: 1—dispositio est ordo habentis partes, 127 sq.

2—hic ordo importat ordinationem, non solum habitudinem seu respectum, 130, ad rationem dispositionis non sufficit ordinatio passiva, sed requiritur activa, 258 sq.

3—ordinatio sumitur tum absolute, ut in quantitate, tum respective et qualitative, ut in dispositione, 150, 152-155.

P

- PARS:** 1— de ratione partis est esse divisibilis, 597.
 2—partes distinguuntur quantitativæ et materiales a partibus virtualibus, 127, 145, 607, 754, partibus quantitativis extenditur subjectum et accidens illi superveniens, 145, 607, 754.
 3—partes ejusdem rationis seu homogeneæ non inveniuntur nisi ubi aliquid corporaliter extenditur, 618.
- PECCATUM:** 1—utrum angelus possit peccare contra naturalia, 337 sq.
 2—quicumque actus peccati mortalis, quantumvis remissus, importat aver-
 sionem ab ultimo fine, 818, 1123, 1129 sq.
- PERFECTIO:** 1—illud est perfectum quod est dispositum secundum naturam, 113.
 2—habitus perfectus et imperfectus ratione extensionis intrinsecæ, 587-588.
 3—quid per ly perfecte in operatione, 500-506.
 4—una perfectio non ordinatur per se ad aliam, nisi in quantum perficitur ab illa, 610.
 5—aliud est perficere alterum ut subjectum, aliud perficere ut medium, 1104.
- PHANTASIA:** 1—quomodo ex habitu intellectus resultare possunt bonæ disposi-
 tiones in phantasia, 418-419, 436.
 2—in anima separata sine dependentia a phantasmatibus existunt scientiæ
 et species intelligibiles, 1161.
 3—in anima corpori unita, si impeditur phantasia, impeditur actus rationis
 et discursus, 1161, 1191.
- PIA AFFECTIO:** 1— quid importat, 325.
 2—potest nasci ex amicitia et observantia, 325.
 3—ejus munus, 345.
- POSTPRÆDICAMENTUM:** postprædicamentum quod est habitus, 16, 88, 91.
- POTENTIA:** 1—influxus potentiæ non potest esse immediate a substantia, 214.
 2—respectu operationis potentia solum effective se habet, respectu vero sub-
 jecti cui inhaeret, se habet formaliter, 440.
 3—primo et per se respicit ordinem ad operationem, 176, 179 sq., sed ratio
 habitus et dispositionis est altior et superior quam ratio operativi, 176,
 ideoque ponitur habitus in prima specie qualitatis, dum potentia in
 secunda specie, 171 sq.
 4—per se sola et ante habitum potens est producere actum, 178 sq., 407, 433,
 444, 507, 519, sed per se loquendo et regulariter non potest ad perfectum
 adducere, 502, 519.

- 5—quomodo potentia differt ab habitu, 102, 104, 148, 169 sq., 178 seq., 195,
 in opinione Suarez, 170.
 6—potentia et habitus specificantur per ordinem ad actum et objectum actus,
 sed diversimode, 180 sq.
 7—potentia et habitus sese habent ut causa et effectus æquivocus, 527.
 8—respectu potentiæ se habent habitus tanquam instrumenta, 426, 511, 513.
 9—utrum possint esse habitus in potentiis sensitivis, 229-274, potentiæ ra-
 tionales, intellectus et voluntas, sunt capaces habituum, 282-290.
 10—in quibus potentiis invenitur capacitas obedientialis ad supernaturalia,
 138, quomodo potentia naturalis radicaliter et vitaliter operatur cum
 habitibus infusis, 138 sq.
 11—in potentiis non datur augmentum extensivum, 509, 520, 580, 592, 641,
 689.
 12—dupliciter vincitur indeterminatio potentiæ, 999.
 13—aliter et aliter objectum et habitus determinant indifferentiam potentiæ,
 208 sq.
 14—potentiæ animæ non solum sunt indeterminatæ ad diversos modos ope-
 rationum, sed etiam secundum substantiam, 470.
 15—in una potentia possunt esse plures habitus, 78 sq.
 16—potentia non operatur moraliter, 1155.
- POTENTIALITAS:** 1—per determinationem ad unam formam, potentialitas sub-
 jecti fit una cum illa forma, 804 sq., 825 sq., quid requiratur ut forma
 vincat potentialitatem subjecti, 636, 845.
 2—potentialitas confundit, et actus distinguit, 842.
- PRÆDICAMENTUM:** 1—quod est habitus, 16, 87, 90.
 2—quod est quantitas, 150, 152-155.
 3—quod est quando, 150, 152-155.
- PRINCIPIA:** 1—principia intrinseca actuum humanorum, 3-4, 10 sq., 99, prin-
 cipia extrinseca humanorum actuum, 5-9, quomodo idem ad diversa
 principia intrinseca et extrinseca pertineat, 6-7.
 2—non potest præberi assensus propositioni contradictoriæ ad prima prin-
 cipia, 1191.
 3—principia sunt causæ æquivocæ conclusionum, 626.
 4—habitu principiorum non convenit augmentum extensivum, 646 sq.,
 654, 669.
 5—unde generatur habitus primorum principiorum, 52, 1115-1116.
 6—nulla deceptione aut oblivione possunt corrumpi habitus primorum princi-
 piorum, 73, 1190 sq.
- PRUDENTIA:** 1—in prudentia, duo sunt consideranda, alterum ex parte volun-
 tatis, alterum ex parte intellectus, 721 sq.

- 2—non est in intellectu nisi ut moto a voluntate intendente moraliter, 344, 351, 724, a voluntate habet efficaciam imperandi, 344, 722, est virtus moralis, licet subjectetur in intellectu, 351, 720.
- 3—appetitus rectificatur circa fines operabilium per habitus virtutum moralium, 724 sq., istæ rectificationes se habent ut principia prudentiæ, 725 sq., directio recta prudentiæ pendet ab appetitu recto, 722, 1192.
- 4—quomodo formatur iudicium prudentiale, 725.
- 5—ex qua parte sit capax augmenti extensivi intrinseci et ex qua parte non, 674, 720 sq.
- 6—non datur in juvenibus, neque secundum actum, neque secundum habitum, 729.
- 7—quomodo differt a fide, 345.
- 8—non potest oblivione corrumpi, 1192, quid requiratur ad corruptionem prudentiæ acquisitæ, 1192, ad corruptionem prudentiæ infusæ, 1143, 1163.

PULCHRITUDO: 1—recte ordinat subjectum ad placendum, 279, proportionem partium cum suavitate coloris facit 280.

2—est habitus entitativus, 275 sq.

3—tum per se, tum per accidens, potest corrumpi, 71.

PUNCTUM: est absolute indivisibile et simul virtualiter divisibile, 892, 904.

Q

QUALIFICATIO: 1—fit in subjecto secundum determinationem alicujus mensuræ, 18.

2—de speciali modo qualificandi subjecti qui attenditur in habitu, 18 sq., 141 sq., 473.

QUALITAS: 1—quomodo distribuuntur quatuor species qualitatibus, 19 sq.

2—qualitates sunt principia agendi, 99.

3—ordinare et disponere aliter pertinet ad qualitatem, aliter ad quantitatem, 150, 152–155.

4—dispositio et habitus sunt in prima specie qualitatibus, 86, 89, 103, 174 sq., quomodo distinguuntur ab aliis speciebus qualitatibus, 19 sq., 102, 104, 141–164, 169 sq.

5—intensio non est essentialis qualitati, sed accidentaliter ipsi convenit, 164, 759.

6—utrum revera qualitas separata possit intendi a Deo, 908 sq., 915 sq.

7—potest dari intensa qualitas et non esse difficile mobilis, 393.

QUANDO: prædicamentum, quod est quando, 150, 152–155.

QUANTITAS: 1—materialis et virtualis, 61, 127, 145.

2—ordinare et disponere aliter pertinet ad quantitatem, aliter pertinet ad dispositionem, 150, 152–155.

3—determinatio in ordine ad quantitatem est figura aut forma, 20.

4—non producitur sine aliqua figura, situ aut ubi, 956.

5—in quantitate non est intensio, 806, 808, sed datur extensio, 145, 607, 754.

6—partibus quantitativis extenditur subjectum et accidens illi superveniens, 145, 607, 754, quomodo fit augmentum et additio quantitatis, 607, 874, plus vel minus extenditur in materia secundum diversam dispositionem raritatis vel densitatis, 952.

7—quando rarefit vel condensatur, sine dubio mutatur intrinsece, 874, et quidem minorem vel majorem occupat locum, 936, 952.

QUIDDITAS: et species in indivisibili consistit, 893.

R

RATIO: 1—nostra ratio in actu exercito, etiam in demonstrationibus, pendet a sensibus et a memoria, 418, 989, 1010, 1026.

2—ex ratione formali sumitur unitas habitus, 616, habitus sub unica ratione formali tangit diversa objecta, 585, 590, 613–614, 628–629.

3—ratio formalis non eodem modo se habet in omnibus habitibus, 638 sq.

4—quando ratio formalis alicujus habitus non est simplex, datur augmentum extensivum intrinsecum, 638, 642–645, 687.

5—utrum ratio practica augeatur extensione intrinseca, 727–729.

6—quid includit ratio formalis virtutis moralis, 656.

7—ratio formalis in virtutibus theologicis et in donis Spiritus Sancti, 664, 710.

RELIGIO: quomodo religio, existens in voluntate, facit ut intellectus actum orationis eliciat, 516, 526.

REMISSIO: 1—quid sit remissio formæ, 813, 867, forma remissa ejusdem speciei est ac forma intensa, 739.

2—remissio est communis aliis qualitatibus præter habitum, 164, 759.

3—Porphyrius distinxit passibilem qualitatem, dispositionem et habitum penes intensionem et remissionem, 165, 391 sq., vide: **INTENSIO**, 11.

4—in anima nihil peccati habente, potest dari charitas et gratia remissa, ut in parvulis, 787, sine ulla infidelitate potest dari fides remissa in aliquibus fidelibus, 787.

5—per accidens et ex aliquo extrinseco repugnat gratiam et virtutes infusas, etiam in gradibus remissis, posse esse simul cum suo opposito, 811, 817 sq., sed ex parte potentialitatis subjecti non repugnat simul esse illas formas cum suo opposito in gradibus remissis, 805, 818, 820 sq.

6—actus infusi possunt esse remissiores ipso habitu, 1194.

S

- SANITAS:** 1—est potius dispositio quam habitus proprie dictus, 357.
 2—Aristoteles ponit sanitatem in prima specie qualitatis, 277–278.
 3—ordinat et ad temperamentum reducit inæqualitates plurium humorum, 280.
 4—potest acquiri per exercitationem, 227.
 5—tum per se, tum per accidens, potest corrumpi, 71.
- SCIENTIA:** 1—quomodo scientia disponit et ordinat circa multa, 161.
 2—non consistit solum in apprehensione terminorum, sed etiam in iudicio, ut illato ex præmissis, 1026 sq., non fertur in conclusionem præcise ac nude, sed ut illatam et ex causis suis ortam, 1028–1029.
 3—dependet a speciebus repræsentantibus objecta et a debita coordinatione illarum et dispositione inter se, 217, 634, 1185, ordinat active species, non autem solum passive, 259.
 4—habitus discursivi diversis mediis attingunt objecta sua, 552, 643 sq., 683, 699, 705, 708, 718, 727, 871.
 5—unico actu potest generari, licet non possit ita faciliter uti intellectus nisi plures actus exercent, 983, 993, 1004 sq.
 6—unico actu regulariter non acquiritur quomodo sit respondendum contrariis rationibus, 1009.
 7—scientiæ augentur intensive, 564.
 8—scientiæ speculativæ augentur extensive extensione intrinseca, 563, 590 sq., 633 sq., 642 sq., 650, 652, 657 sq., 663, 670 sq., 687, 705, 708, 712, 718, 729.
 9—scientia speculativa differt a scientia practica, 663, 725, ex quo oritur scientia practica, 725.
 10—scientiæ manent in anima separata, sicut et species intelligibiles et habitus voluntatis, 1159 sq.
 11—scientiæ corrumpuntur in nobis per oblivionem, per deceptionem, et per errorem contrarium, 72, 1165, 1183 sq.
 12—disparatæ notitiæ compatiuntur cum scientia, 1188.
 13—differentia inter habitum scientiæ et habitus principiorum, 1028–1029.
- SENSUS:** 1—sensus externi et sensus communis non habent notitiam nisi intuitivam et experimentalem, 268, 271, 314, sunt incapaces habitus, 268 sq.
 2—sensus externi despotice serviunt et obediunt voluntati, 274.
 3—quomodo secundo habitus intellectivus possit esse in sensibus internis, 233, 418, 436, 989, 1010, quomodo iste habitus per accidens corrumpi possit ex defectu subjecti, 1147–1148.
 4—ratio nostra in suo exercitio, etiam in demonstrationibus, dependet a sensibus et a memoria, 1010.

- SIMPLICITAS:** extensio intrinseca de una conclusione ad aliam non tollit simplicitatem habitus, 629–630, 638, 643–645; vide: **HABITUS**, 29.
- SITUS:** ordinat partes in loco, 150, 154.
- SOL:** generat hominem ut causa æquivoca, 517, 523 sq.
- SPECIES:** 1—species intentionalis de se est aliquid imperfectum, quia est quid vicarium et substitutum, 216, vices gerit objecti, 124, 207, 209 sq., neque est directe dispositio, neque potentia, sed reductive ad utrumque potest pertinere, 215 sq., 124, 151, 159, 207.
 2—quomodo species intelligibilis ordinat et disponit multa, 159.
 3—ordinatio specierum, alia est passiva, alia est activa, 258–260.
- SPECIFICATIO:** habitus et potentia specificantur per objectum actus, sed diversimode, 180.
- SPES:** 1—ejus ratio formalis, 664, 710.
 2—non augetur extensive extensione intrinseca, 592, 646, 653, 655 sq., 660 sq.
 3—augetur intensive, 557–558, 565.
 4—spes infusa est habitus quoad substantiam, non quantum ad modum, 974 sq.
 5—unico actu contrario destruitur, 1123, 1129.
- SUBJECTUM:** subjectum habitus quod debeat esse, 203–351; vide: **HABITUS**, 32–35.
- SUFFICIENTIA:** habitus supponit in potentia sufficientem virtutem ad producendum actum, sufficientia indeterminata et imperfecta, non perfecta et actuata, 518 sq.
- SUPERNATURALE:** naturalia debent supernaturalibus subjici, 338.
- T
- TEMPUS:** 1—est entitative motus, 894.
 2—non existit nisi per instantia, 896.
- THEOLOGIA:** 1—non est habitus in angelis, 316 sq., secus est in nobis, 319.
- TIMOR:** moderatur a virtute fortitudinis, 716.

U

- UBI:** 1—est modus quidam in facto esse in instanti, 898.
2—motus localis producit ubi, non quomodocumque, sed directe et per se primo, 155, 898, 958.
- UNIO:** 1—ex ordinatione extremorum fit, 609.
2—ordinatur ad faciendam unitatem duorum, 802.
3—unio accidentis ad subjectum est dependentia accidentis in suo esse a subjecto, 784.
4—unio accidentis cum subjecto duplex munus facit, unum in beneficium accidentis, et alterum in beneficium subjecti, 800 sq., 947 sq.
- UNITAS:** unde sumatur unitas habitus et potentia, 616.
- UNIVERSALIZARE:** augmentum extensivum intrinsecum universalizat formam erga diversa objecta, non vero augmentum intensivum, 730.
- UNUM:** 1—ex unione fit, 609.
2—nihil proprie unitur alteri ad faciendum per se unum, nisi se habeant sicut actus et potentia, 609.
3—aggregatio est unio per accidens, 607, 622.

V

- VERECUNDIA:** est dispositio ad temperantiam, et procedit ex confusione de facto turpi praesenti, 1107.
- VERITAS:** verum, quando est evidens, necessitat intellectum, 997, 1007, 1037, 1073, idem non est de bono relative ad voluntatem, 1000, 1038, 1073 sq.
- VIRGINITAS:** virtus virginitatis potest manere in corrupta, 1160.
- VIRTUOSUS:** 1—quid sit affectus moraliter bonus et virtuosus, 667.
2—quomodo iudicat virtuosus prout talis, 725.
- VIRTUS:** 1—est habitus, 113.
2—est dispositio perfecti ad optimum, 106, 113.
3—est principium quo operandi, non principium quod, 864.
4—quomodo possint esse virtutes in appetitu sensitivo, 232, 262, 266, ubi maneant virtutes quae sunt in potentiis sensitivis, mortuo homine, 267, 1149 sq., non quaelibet alteratio physica potest destruere virtutes morales in appetitu sensitivo, 1149, 1153 sq.

- 5—quomodo virtutes in voluntate ordinant et disponunt circa multa, 151, 162.
6—formalis ratio virtutis moralis includit bonitatem moralem in illa materia in qua exercetur, 656, 711, bonitas moralis circa aliquod objectum in quo consistat, 656, virtus est species moralis boni, 1108.
7—virtutes morales non augentur extensive extensione intrinseca, 632–729, virtutes morales non recipiunt magis neque minus, sicut scientia et ars, 648, 650, 652.
8—circa connexionem virtutum moralium, 668.
9—cur non sufficit una virtus moralis pro omnibus rectis electionibus, 714 sq., 719.
10—appetitus rectificatur circa fines operabilium per habitus virtutum moralium, 724 sq., istae rectificationes sese habent ut principia prudentiae, 725 sq.
11—habitus virtutis moralis etiam quoad substantiam unico actu generari non potest, 992, 1000, 1034 sq., 1071 sq.
12—regulariter consuetudo est necessaria ut virtus moralis acquiratur, 999–1003, 1034–1042, 1071–1076, 1079–1086, 1105–1113.
13—in virtutibus infusis tota ratio operandi est aliquid divinum vel ex ratione divina procedens, 664, 710.
14—virtus commensuratur essentiae sicut effectus causae proximae, 858.
- VISIO BEATA:** 1—quomodo se habeat ad lumen gloriae, 382 sq., 433.
2—quomodo sit difficile mobilis, 382, non est habitus, 382 sq.
3—in visione beata objectum per seipsum actuat potentiam, 212, 214.
4—Deus clare visus convincit et necessitat voluntatem, 999 sq., 1042, 1073 sq.
- VITIUM:** 1—vitium et opinio non sunt difficile mobiles essentialiter, 368, 394 sq., 1017, 1043 sq., quomodo D. Thomas vocat habitus, 395 sq., 1034, 1047.
2—quantumcumque multiplicentur actus vitiosi, nunquam generatur habitus ex sua specie et substantia firmus, 394 sq., 1043.
3—unico actu vitium generari non potest, 1001 sq.
4—non tollitur per unicum actum oppositum, imo nec per infusionem gratiae, sed tunc vitium manet physice, licet non moraliter, 820, 1136 sq.
- VOLUNTAS:** 1—potentia voluntatis naturaliter habet inclinationem ad bonum in communi, 53, 131, 162, 438, 464.
2—in quo consistat firmitas voluntatis, 1039–1040.
3—unus actus non sufficit ad firmandum voluntatem, 1041, sed plures actus sunt necessarii ut firmetur voluntas, 992, 1000 sq., 1034–1042, 1071–1076, tum ad bonum, tum ad malum, 1001–1003.
4—habitus ponuntur in voluntate angelorum cum duplici conditione, 332–351.